


PRESENTED TO THE
Shelf No.
2110.14
Public Library of the City of Boston
SICUT PATRIBUS, SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
By Joshua Bates, Esq.
Received

ANNALES
HEBRAEO-TYPOGRAPHICI
AB AN. MDI AD MDXL



DIGESSIT

NOTISQUE HIST.-CRITICIS INSTRUXIT

JOH. BERNARDUS DE-ROSSI

LING. ORIENT. PROFESSOR.

PARMAE

EX REGIO TYPOGRAPHEO

CIϽ. IϽCC. IC.

J. B. Legg
Aug. 14, 1858

INDEX ALPHABETICUS

AUCTORUM ET OPERUM.

Kimchì Dav. Com. Proph. prior. Pisau. 1511.
—— Idem Thessal. an. 1535.
—— In Proph. prior. Jer. Ezech. Ven. 1525.
—— In Proph. poster. Pisauri an. 1515.
—— In Proph. omnes et Psal Ven. 1517.
—— In Joel et Malach. Basil. an. 1530.
—— In Amos Basil. an. 1531.
—— In Prophetas minores Paris. an. 1540.
—— In Aphtar. CPoli 1505 et 1522.
—— In Psalmos Thessal. an. 1522.
—— In Pirkè avòth Tridini an. 1525.
—— Michlòl seu Gramm CPoli an 1532.
—— Idem Liber heb. lat. Paris. an. 1540.
—— Liber Radicum CPoli an. 1513.
—— Idem Liber Radicum Ven. an. 1529.
—— Idem Thessal. sine anno.
Kimchì Mos. Maalàch scevilè ec. Pisauri 1508.
—— Idem sub tit. Dikdùk Hagen. 1519.
—— Idem Ortonae an. 1519.
—— Idem Parisiis et Aug. Vind. an. 1520.
—— Idem Pisauri sine anno.
—— Idem heb. l. Basil. 1527, 1531, 1536.
Kolon Quaesita et responsa Ven. an. 1519.
Korbeil Js. Amudè golà CPoli sine anno.
Kotzensis Mos. Liber praecept. Ven. an. 1522.
Lando Jac. Liber Agur Arim. an. 1526.
Lecòl chefetz CPoli sine anno.
Levitae Abr. Mescarè kitrin CPoli an. 1505.
Levitae Eliae Liber Bachur Romae an. 1518.
—— Idem heb. lat. Basil. 1525 et 1537.
—— Liber Aarcavà Romae an. 1518.
—— Idem h. l. Basil. 1525 et 1536.
—— Pirkè Eliav Pisauri 1520 et 1527.
—— Idem heb. lat. Basil. an. 1527.
—— Masòred ammasòred Ven. 1538.
—— Idem Basil. an. 1539.
—— Tov ràham Ven. 1538.
—— Idem Basileae 1539.
—— Expositio Maalach Pisauri an. 1508.
—— Eadem Ortonae an. 1519.
—— Eadem Pisauri sine anno.
—— Medràs anavì Pisauri sine anno.
—— Scholia in Pedach devàrai ib. 1507.
Levitae Jeh. Cuzarì vel Cosrì Fani an. 1506.
Levitae Jescuae Alicòth olam CPoli an. 1510.
Machazor Thessalon. an. 1527.
—— Idem Polon. rit. Pragae an. 1533.
—— Idem German. Aug. Vind. an. 1536.
—— Idem Ital. Bonon. an. 1540.
—— Idem Pisauri in. sec. XVI.
—— Idem ibid. 3. editio Sonc. sine anno.
—— Idem Arimini sine anno.
Machir Avkàd rochèl Arimini an. 1526.
Maghid Miscnè CPoli an. 1509 et Ven. 1524.
Migdal hòz Venetiis an 1524.
Maimonidis Jad chazakà CPoli an. 1509.
—— Idem Liber Venetiis an. 1524.
—— XIII Articuli fidei Ven. an 1517.
—— Iid. Vormaciae 1529 et Isnae 1540.
Maimonidis Epistolae CPoli an. 1522.
—— Comm. Jevamòth Pisauri an. 1509.
—— Comm. Avodà zarà ib. sine anno.
—— Comm. Misnae Ven. an. 1520.
—— In Misn. Ord. zeraìm Ven. an. 1522.
—— Comm. Pirkè avòth Bonon. an. 1540.
—— Liber praecept. CPoli 1517 et sine an.
—— Quaesita et responsa CPoli an. 1536.
—— Logica heb. lat Basil. an. 1527.
Mahasseh Jeruscalmì CPoli an. 1516.
Malcù Sal. Conciones Pent. Thessal. 1529.
Mascècheth Purim Pisauri sine anno.
Masora in Bibl rabb Ven. 1517 et 1525.
Mechiltà CPoli an. 1515.
Medras Meghillòth Pisauri an. 1519.
Matthaei Evangel. Basil. an 1537.
Medras Teìlim CPoli an. 1512.
—— V Meghillòth CPoli an. 1520.
—— Samuel CPoli an 1517.
—— Vejòscah CPoli an. 1519.
—— Megh. Esther ib. eod. anno.
—— Veishù sine anno et loco.
Meghillad taanith Mant. an. 1513.
Meghillòth CPoli 1505, 1522, Pragae 1518.
—— Eaedem Ven. 1524, 1527 et sine an.
—— Eaed. Oelsn. et Cracov. an. 1530.
Mislè *Scelomò* CPoli an. 1516.
—— Chachamìm Ven. an. 1519.
—— *Efer* CPoli an. 1536.
Miscnae Ordo zeraìm Ven. an. 1522.
—— Kodascìm et Teoròth ib. 1528.
—— Pirkè avòth V. Machazor.
Mosis Carmen Ex. XV Witt. an. 1531.
—— Idem Basil. an. 1539.
Misrachì Eliae Comm. Pent. Ven. 1527.
—— Tosephòth samag CPoli an. 1526.
—— Liber mispàr CPoli an. 1532.
—— Tzurad aàretz CPoli an. 1540.
Mordechai Decis. CPoli 1509 et Ven. 1521.
Munsteri Kalend. heb. Basil. an. 1527.
—— Colloquium cum Judaeo Basil. an. 1539.
Nachmanidis Mos. Com. Pent. Pisauri 1514.
—— Idem Thessal. an. 1520 et CPoli 1522.
—— Comm. in Job Ven. an. 1517.
—— Toràd adam CPoli an. 1518.
—— Quaesita et responsa Ven. an. 1523.
—— Asagòth CPoli an. 1510.
—— Observ. sine anno et loco.
—— Mispetè chèrem CPoli sine anno.
—— Dinà degaremè CPoli sine anno.
Nachman (*bar*) *Jeh.* Alacòth pesuk. CP. 1516.
Nachson Canones fest. Basil. an. 1527.
Naghid Sam. Mevò talmud CPoli an. 1510.
Nathan Arùch Pisauri an. 1517, Ven. 1531.
Nathan Isaac Concord. heb. Ven. an. 1523.
Nissim Observ. in Alphesì CPoli an. 1509.
Oratio dom Paris. 1508, Tubingae an. 1513.
—— Ead. Aug. Vind. 1514 et 1520.
—— Ead. Basil. 1520, Par. 1538, Col. 1539.

ERUDITO LECTORI
AUCTOR

Annales hebraeo-typographicos seculi XV paucis abhinc annis editos excipiunt Annales ineuntis XVI, qui sive editionum raritatem spectes, sive earum conditionem, praestantiam, usum, digni sane sunt, qui et ipsi describantur, et illustrentur, et cum primis illis tamquam eorum appendix conjungantur. Etenim non modo rarae omnes sunt editiones ejus aetatis, sed et pleraeque rarissimae, in oriente peractae ac dissitissimis locis, complures elegantes et egregiae, non paucae primariae ac principes, ex mss. codicibus petitae iisque aequiparandae, multae demum integrae et intactae eximiaeque in re critica utilitatis et usus. Excipiunt autem non angustis XX tantum annorum limitibus circumscripti, ut olim constitueram, quum erant ad priorum calcem edendi, sed paullo pleniores et ad alios XX annos, seu ad annum usque MDXL protracti. In iis tamen digeren-

dis et illustrandis non fusior illa quam primum adhibuimus, sed media quaedam via retenta, singulisque librorum vel editionum titulis non longiores commentarii, sed breviores, si nonnullas excipis, notae historico-criticae subjunctae, quibus vel exhibentur earum epigraphes, vel bibliographorum siqui sunt de iis errores potissimum corriguntur. In tres partes ii, ut priores, divisi, quarum prima editiones complectitur anno insignitas, altera ea destitutas, tertia supposititias. Ut accuratiores quam fieri posset, evaderent, nulli studio, labori, sumptui pepercimus. Editiones omnes diligenter conquisivimus, centum sexaginta quinque nobis comparavimus, selectas ac rariores, reliquas plerasque in exteris bibliothecis inspeximus ac contulimus, ignotas non paucas e tenebris eruimus, falsas infinitas deteximus et emendavimus, pauciores aliorum fidei et auctoritati reliquimus. Siquae tamen editio adhuc diligentiam nostram effugerit, praesertim posterioris aerae, de quibus addendis sero cogitatum est, tuum erit, humanissime Lector, eam supplere, eaque quae pro operis et temporis ratione praestitimus, aequi bonique consulere.

Ex regia scientiarum Academia die VII maji an. MDCCIC.

ANNALIUM
HEBRAEO-TYPOGRAPHICORUM
AB AN. MDI AD MDXL
PARS I
EDITIONES ANNO INSIGNITAE.

Asteriscus designat editiones quae in auctoris bibliotheca reperiuntur.

AN. MDV

1 * R. Eleazaris fil. Jehudae de Garmiza ס׳ רקח *Sèfer rokèach*, *Liber pigmentarii* fol. *Fani* anno 265 min. Judaeorum supputationis, Chr. 1505.

In urbe Fani vespere paschatis an. 265, non expresso typographo, sed per Gersonem Soncinatem. V. *Tachanunìm* et *Cuzarì* illic impressos anno seq. Magno studio correctus a R. Jehuda Pisaurensi, ut habet titulus, qui ita legendus ex Exod. XXX 25, ut ex auctoris praefatione constat, non *aromatis*, ut male habet Wolfius *Biblioth. heb.* T. I p. 190.

2 * *Pentateuchus cum Targum*, *Aphtaròth*, *Meghillòth ac var. Comm.* fol. *CPoli* per Dav. et Sam. filios Nachmias an. 5265 ab orbe condito, Christi 1505.

Videlicet *Comm.* Jarchì in *Pent.*, Davidis Kimchii in *Aptharòth* seu *proph. Sectiones*, et Aben Ezrae in V *Meghillòth*, seu *sacra Volumina*, quibus Antiochi *Volumen* subjicitur. In fusa epigraphe correctoris R. Abr. fil. Josephi ben Jaisc, dicitur *absolutum universum opus mense Nisan anno orbis conditi* 5265 *in urbe magna CPolis quae est sub dominio regis magni domini nostri sultani Bajazeti*. Sequitur Carmen R. Josephi fil. Joelis Bivasc, in quo idem annus, mensis, locus, iidemque typographi confirmantur. Confer. quae de hac ed. diximus *De ignotis sacri text. edit.* p. 16.

3 R. Abr. Levitae מאמר משרא הקטרין *Maamàr mescarè akkitrìn*, seu *Dissertatio solvens nodos in Daniele* 4. min. *CPoli* an. 5265, Ch. 1505.

Dicitur ad calc. impressa per manus Davidis ben Nachmias et Estrok de Tolon, „ et absoluta anno *magna erit gloria templi hujus* האחרון *posterioris*, seu 5265 VI millenarii

feria VI die XV mensis sivan CPoli urbe magna quae est sub dominio sultani Bajazeti „. Hinc male hujus editionis aeram constituunt *Catal. biblioth. Oppenheimeri* a Seligmanno editus fol. 29, et *Catal. bibl. Laurent.* p. 399, quorum alter an. 268, seu 1508, tradit prodiisse, alter 270, seu 1510.

4 * R. Isaaci Abarbanelis ראש אמנה *Rosc amanà*, *Caput fidei*, fol. min. *CPoli* an. 5266, Ch. 1505.

Annus hujus edit. ac seq. eruitur ex epigr. *Nachalad avòth*. V. infra. Perperam eam ad an. 255, seu 1495 retulit Scabtaeus. V. *Annales* nostros *heb.-typ. sec. XV* p. 170.

5 * R. Is. Abarbanelis זבח פסח *Zèvach pèsach*, *Sacrificium paschatis*, fol. min. *CPoli* an. 5266, Ch. 1505.

Scabtaeus, Majus, Wolfius, le Longius, Marchandus, Maittairius, Rodriguez de Castro, qui ad annum 256, seu 1496 amandarunt, annum compositionis auctoris cum anno editionis confuderunt. V. *Annales heb.-typ. sec. XV* p. 172.

6 * R. Is. Abarbanelis נחלת אבות *Nachalàd avòth*, *Haereditas patrum*, seu *Comm. in Pirkè avòth cum textu*, fol. min. *CPoli* per fratres Dav. et Sam. fil. Nachmias an. 5266, Ch. 1505.

Ad calc. folio separato: „ Absoluta sunt insignia haec opera per manus fratrum typogr. R. David et R. Samuel fil. Nachmias.... ceciditque finis eorum in feriam V, diem IX chislev an. 5266 in urbe magna CPol. quae est sub domin. sultani Bajazeti „. Incidit dies illa mensis chislev in fin. novembris anni nostri 1505. Non accurate ergo annum 1506 huic editioni ac binis prioribus simul curatis, quibus haec epigraphe communis est, assignarunt bibliographi omnes quotquot de iis egerunt.

7 סדור תפלות *Siddùr tefilòth*, *Ordo precum* italice charactere hebr. 8. *Fani* per Gers. Soncinatem an. 266, Ch. 1505.

Statim incipit liber hoc tantum praefixo titulo קויסטי סונו לי סיטאנטה דואי פסוקים קיסי דיצי לדימני *Questi sono li settantadue pasukim che se dise la demane*. Explicit hac epigraphe פיניטו איל סידור די טוטו לאנו טרלטאו פיר מאן די רבי יעקב ישראל אי סטאנפטו פיר מאנו דיל שונצינו אין פאנו אדי סיטי די מרחוון ר"סו *Finito il Siddùr di tutto l'anno traslato per man di R. Jacob Israel, e stampato per mano del Sontzin in Fano adì sette di marchesvan* 266, idest circa dimid. octobris an. nostri 1505. Ignota ac rarissima editio quae extat in biblioth. publica Mutinensi. Ignotus etiam interpres.

MDVI

8 * R. Jehudae Levitae *Liber* כוזרי *Cozrì* vel *Cuzari*, seu *Cosrois* 4. min. *Fani* per Gers. Soncinatem an. 266, Ch. 1506.

Litteris quadratis ex mandato filiorum R. Josephi ben Jachia. Ad calc. „ Fuitque finis ejus anno III papae Julii II, cujus majestas exaltetur, anno 266 min. supp. per manus minimi typogr. ac discip., qui est ex Soncinatibus, ac גר שם (Gersom) peregrinatur hic in urbe Fani „. A Buxtorfiana ac Veneta non paucis in locis discrepat. V. *Var. Lect. V. T.* T. IV. p. 237.

9 * *Liber* תחנונים *Tachanunìm*, seu *Deprecationum* 4. min. per Gers. Sonc. *Fani* an. 266, Ch. 1506.

Ignota ac perrara editio quadratis litteris cum punctis. Sub fin. „ Anno III papae Julii II, cujus majestas extollatur, an. 266 min. supp. Impressus opera minimi typ. Soncinatis, peregrinantis hic in urbe Fani „.

10 * R. David aben Jachia לשון למודים *Lescòn limudìm*, *Lingua eruditorum* 4. min. *CPoli* an. 266, Ch. 1506.

Per typogr. R. David et R. Sam. ben Nachmias an. 266 sexti millen. CPolitana altera an. 1542 Eliezeris Soncinatis, quae itidem in manibus nostris est, curata est per R. Joseph ben Tam ben David Jachia, auctoris nepotem, non filium, ut ait Wolfius T. III p. 209, nec in ejus gratiam, ut subdit, liber susceptus.

11 R. Isaaci Saholae משל קדמני *Mascal kadmonì*, *Proverbium antiquum*, 4. min. *CPoli* an. 266, Ch. 1506,

Scabiaeus in *Sciftè jescenìm* p. 50. auctor *Seder adoròth* fol. 173, Wolfius T. I p. 693, et III p. 617, *Catal. bibl. Mediceae* a Biscionio editus T. II p. 32. Sed male Wolfius eandem esse putat cum ea quam curavit Gerson Soncinas, qui hoc anno non CPoli, sed Fani aderat. Extat in Bodlejana et Laurentiana. Quae in Oppenheimeriana servatur, ex edito ejus *Catal.* fol. 29 Soncinatis est, non nostra haec, ut male iterum notat Wolfius posteriore loco.

MDVII

12 * R. Bechai *Commentarius in Pent.* fol. *Pisauri* per Gers. Soncin. an. 267, Ch. 1507.

„ Sub dominio Joh. Sfortiae, die 1 sivan an. 267 min. supp. opera minimi typogr. ac discipul. ex filiis Soncini, peregrinantis hic (Gerson) Pisauri „, ut legitur ad calc. Luculenta et integra editio quadratis typis expressa, quam ad an. 1487, confuso samech cum mem, male retulit Wolfius. V. *Annales* nostros *sec. XV* p. 159. Wolfii errorem sequitur Rodriguez de Castro *Bibliot. rabbin. Espan.* p. 170.

13 Anonymi פתח דברי *Pèdach devarai*, *Apertio* vel *Initium verborum meorum cum Scholiis* R. Eliae Levitae 8. *Pisauri* an. 5267, Ch. 1507.

Anno V pontif. Julii II. V. Bartol. *Bibl. rabb.* T. I p. 141 et IV p. 313. Per Gers. Sonc. curata, non apud Mosem ben Chaviv, ut subdit Bartoloccius et ex eo Wolfius T. I p. 159. Mosis ben Chaviv nomen retentum ex Neap. editione an. 1492. V. *Annales heb.-typ. sec. XV* p. 89. Mendose etiam eam ad praeced. an. 266, seu 1506, refert auctor *Seder adoròth* fol. 175.

MDVIII

14 R. Mosis Kimchì מהלך שבילי הדעת *Maalach scevilè adahath*, *Iter per semitas scientiae cum expositione* R. Biniamini fil. Judae seu R. Eliae Levitae 8. vel 4. min. *Pisauri* an. 1508.

Sub principatu Joh. Sfortiae an. V pontif. Julii II, seu 1508 per Gerson. Soncin.

15 *Alphabetum*, *Oratio dominica*, *Trisagion* et *Genealogia Christi* hebr. in Tissardi *Gram. hebr.* 4. *Paris.* 1508.

Wolfius T. II p. 618 et 948, et Maittaire T. II P. II p. 97.

MDIX

16 * *Tractatus talmudicus* יבמות *Jevamòth* seu *de Fratriis cum Com. Jarchì*, *Tosephòth*, *Piskè tosephòth*, et Maimonidis *Comm. Miscnae* fol. *Pisauri* an. 269, Ch. 1509.

Per Gersonem Soncinatem. Extat etiam in biblioth. Oppenheimeri. V. ej. *Catal.* fol. 55.

17 * R. Mosis Maimonidis יד חזקה *Jad chazakà*, *Manus fortis*, cum anonymi *Com. Maghid miscnè*, R. Meir Rotenburgensis *Annotationibus*, et *Animadversionibus* R. Abr. ben Dior, fol. 2 voll. *CPoli* per Dav. et Sam. ben Nachmias an. 5269, Ch. 1509.

„ Fuitque finis libri hujus eximii mense adar primi an. 5269 a creatione CPoli urbe inclyta quae est sub ditione domini nostri regis sultani Bajazeti „. Sic epigraphe quae est ad calc. II vol. R. Abr. filii Josephi ben Jaisc correctoris, in qua praeter typographos memorantur etiam ut operis promotores R. Joseph Muvchàr Hispanus, et R. Moses Levita Germanus dictus de Modona, non de Medina, ut male habet Wolfius T. III p. 778. Sequuntur in editionis laudem bina fusa *Poemata* R. Josephi ben Jachia, et R. Josephi Bivasc. Perperam eam ut primariam laudat Fabricius *Bibliogr. antiq.* T. I p. 7. Binae praecesserunt in *Annal.* nostris *sec. XV* illustratae. Non pauca servat loca intacta quae Jesum, Christianos, Mahumetem ipsum, quod mirum, et Turcas respiciunt, quorum unum ex cap. XI *de regibus* desumptum de Mahumede in editionibus omnibus omissum, sed in hac retentum in iisdem *Annalibus sec. XV* tetigimus p. 71.

18 R. Isaaci fil. Jacobi Alphesì *Opus* אלפסי *Alphesì cum observationibus* R. Nissim, *Decisionibus* R. Mordechai, *Animadversionibus* R. Josephi ben Chaviv et *Excerptis ex piskè* R. Ascer, fol. 3 voll. *CPoli* per Dav. et Sam. ben Nachmias anno 269, Ch. 1509.

Sub fin. III vol. „ Finiti autem sunt per manus artificum fratrum typogr. R. David et R. Sam. ben Nachmias, quos Deus tueatur, in urbe laudatissima CPolis, magna populo, quae est sub ditione domini nostri regis sultani Bajazeti, fuitque finis eorum anno *adduc eos quaeso ad me*, ואב"רכם *et benedicam eis*, (Genes. XLVIII 9) seu 269 min. supp. sexti millenarii „. Memorantur etiam in hac epigr. operis promotores R. Elias Levita, David ben Jachia, David Coen, R. Joseph Coen, R. Isaac Kaspota. In *Carmine* quod praecedit R. Eliae fil. Barachel Levitae, idem annus indicatur, qui et repetitur in *Carmine* quod sequitur R. Dav. ben Jachia, sed maj. supp. 5269. Mirum ergo tam constanter a Wolfio T. I p. 661 et III p. 570 ad an. 254, Ch. 1494 mendose referri. V. dicta in *Annal. sec. XV* p. 169.

MDX

19 * R. Jescuae Levitae הליכות עולם *Alicòth olàm*, *Itinera mundi*. Accedit R. Samuelis Naghid מבוא התלמוד *Mevò atalmùd*, *Introductio ad Talmud*, 4. min. *CPoli* an. 270, Ch. 1510.

„ Inciditque finis ejus in init. mensis av, an. *et aedificabunt filii* כב"ר

peregrinorum muros tuos (Isai. LX 10) seu 270 min. supp. sexti millenarii a creatione, CPoli magna quae est sub domin. sultani Bajazeti „. Sic epigr. vel monitum ad calc. Jehudae fil. R. Josephi ben Bulat Hispani. De subjecta edit. *Introductionis* R. Sam. Naghid nihil Wolfius sub neutro auctore.

20 * R. Mosis Nachmanidis השגות *Asagòth* seu *Animadvers. in Maimon.* 4. min. *CPoli* an. 270, Ch. 1510.

Anno כ״י בר״ך ה׳ו״א, seu 270 apud David et Sam. fil. ejus ben Nachmias regnante sultano Bajazeto. Non facile inter Europaeos Judaeos reperiri jam suo tempore testabatur Plantavitius *Biblioth. rabb.* p. 568.

21 * Josephi Gorionidis, vulgo יוסיפון *Jossiffon*, *Historia* 4. min. *CPoli* an. 270, Ch. 1510.

Perrara editio priori Conati multo plenior, quae adnexam habet R. Tam fil. David Jachiae de Gorionide ejusque libro animadversionem. De ea Morinus *Exerc. bibl.* p. 361 ed. in 4., Ittigius *Proleg.* ad Josephi ed. graecolat. 1691, Breithauptus *Praef.* ad Gothanam ed., Wolf. T. I p. 516 et 517, et *Annales* nostri *sec. XV* p. 115.

22 Anonymi מבוא אל אותיות עבריות *Mavò el odiòth hivriòth*, *Introductio ad litteras hebr.* 8. *Pisauri* an. 1510.

Apud Hieron. Soncinum. Bartol. T. IV p. 336, et ex eo Wolf. T. II p. 1323, et Grodeckius *Spicil. pseud.* in Millii *Catalectis* p. 101.

MDXI

23 * *Prophetae priores*, *Josue*, *Judices*, *Samuel*, *Reges cum Com.* R. Dav. Kimchi fol. *Pisauri* per Gers. Sonc. an. 271, Ch. 1511.

Ad calc. „ Absolutum porro est (opus) die XIV nisan an. ער״א 271 min. supp. per man. minimi typogr. ac discip. ex Soncinatibus, peregrinantis hic (Gerson) Pisauri, urbe domini Constantii Sfortiae, filii Joh. Sfortiae f. m... an. VII papae Julii II „. Priores solos prophetas hoc anno editos, non omnes, ut scribunt le Longius, Wolfius, Maschius, jam animadvertimus in *Append. ad biblioth. le Longio-Masch.* p. 32. In Pisaurensibus omnibus sive Prophetarum, sive integr. Bibliorum editionibus idem textus, seu eadem ej. compositio generatim retenta. Differunt tamen eae inter se in sel. locis. V. *Specimen* nostrum *pontif. cod.* p. 42 et 58, *De ignotis sacri text. edit.* p. 22, et *Var. Lectiones V. T.* ad Jos. XXIII 13, Is. XXXIII 1, Jer. II 20, Ose. VI 9, IX 2, Mich. IV 3 etc.

24 * R. Jacobi ben Chaviv עין יעקב *En Jahakòv*, *Oculus Jacobi*, vel עין ישראל *En Israël*, *Oculus Israelis*, fol. *CPoli* an. 5271, Ch. 1511.

Memorantur in epigr. typographi R. David et R. Sam. filius ejus ben Nachmias, et operis promotores R. Scem Tov fil. Mosis ben Polkar, R. Isaac fil. R. Salom. Gumi, R. Estrok de Tolon, et R. Joseph fil. Isaaci Atzigh. Deinde subditur: „ Fuitque finis artificii libri hujus in. mensis sivan an. הרא״ני *ostende mihi vultum tuum*, idest 5271, CPoli magna quae est sub dominio sultani Bajazeti „. Princeps editio, quam male R. Isaac Contarini in עת קץ, Wolfius T. III p. 456, et *Catal. Oppenh.* fol. 34, supp. ה pro unitatibus, ad 276, seu 1516 referunt, quo dudum Bajazetus obierat.

25 R. Jonae Gerundensis שערי תשובה *Saharè tescuvà*, *Sectiones de poenitentia* 4. *CPoli* an. 5271, Ch. 1511.

Apud Dav. et fil. ejus Sam. Nachmias an. אר"עה, quod parum accurate Wolfius de minori supputatione interpretans, editionem hanc ad an. 276, seu 1516 perperam traduxit T. III p. 373, quo jam dudum David Nachmias decesserat. Patet enim ex seq. editione a solo ejus filio Samuele curata, et ex sigla נ"ע *requies ejus sit paradisus* patris nomini, ut defuncti adjecta, eum hoc ipso anno 1511 ac statim post editum hunc librum fato functum fuisse. Postulat ergo Davidis aetas, ut vocabulum אר"עה de majori aera 5271, ut fit in seq. editione, intelligatur. Nec dubito quin in epigr. et Bajazeti imperium subjiciatur, quod illam confirmet.

26 * Anonymi ערוך הקצר *Arùch akatzèr*, *Arùch abbreviatum*, seu *Comp. lexici talm.* R. Nathan, 4. min. *CPoli* an. 5271, Ch. 1511.

Per man. R. Samuel fil. R. Dav. ben Nachmias, cujus requies sit in paradiso, typographi, impensas suppeditante medico R. Jacob ben Jakar, ut monet epigraphe, quae subdit „ absolutam fuisse CPoli magna sub ditione sultani Bajazeti mense tamuz *iterum* 'ארעה *pascam* (5271) *et armentum tuum custodiam* (Gen. XXX 31). Obiit Bajazetus II anno 1512, ab impio filio Selimo post ademptum regnum veneno necatus. V. *Nouveau Dict. histor.* ed. 1789 T. I p. 429. Male ergo iterum Wolfius editionem hanc eo regnante perfectam, assumpto ה pro totidem unitatibus, ad annum min. supp. 276, seu 1516, refert T. I p. 922 et III p. 850, ubi nec accurate asserit prodiisse per R. Jac. ben Jakar, qui illam tantum promoverat.

27 Anonymi בית מדות *Domus morum*, liber moralis, 4. min. *CPoli* an. 272, Ch. 1511.

Dicitur ad calc. excusus a R. Samuele Rikomin et R. Estrok de Tolon, ac finitus die IV mensis tisrì an. ער"ב 272 CPoli, idest mense septembri decurrentis adhuc christiani 1511. De nostra hac editione nihil Wolfius, sed ex Catal. judaei Veneti ac Groddekio CPolitanam aliam an. 285 profert T. II p. 1268, quam ex nostra natam ac suppositiam opinor.

MDXII

28 * Anon. מדרש תהלים *Medràs teilìm*, seu *Expositio allegorica Psalmorum*, fol. *CPoli* anno 272, Christi 1512.

Fert epigraphe finitam editionem die XXV adar an. ער"ב 272 CPoli imperante sultano Bajazeto.

29 * Anon. רבות *Rabbòth*, seu *Expositiones magnae allegoricae Pentat.* fol. *CPoli* an. 272, Ch. 1512.

„ Fuit complementum libri hujus egregii et pretiosi, libri *Rabbòth*, hodie die V mensis nisan anno *quoniam vox tua* ער"ב (272) *dulcis et facies tua decora* (Cant. II 14) hic CPoli magna quae est sub imperio sultani Bajazeti „. Ita epigr., in qua ut operis promotores factis sumptibus nominantur R. Joseph Gabai, et R. Abraham Jeruscalmì, non ut typographi, ut parum accurate notat Wolfius T. II p. 1426.

30 * *Septem Psalmi poenitentiales* hebr. cum lat. *Vers.* Reuchlini et ej. *Comm.* 8. *Tubingae* 1512.

Apud Thomam Anselmum Badensem. Primus liber heb. in Germania impressus, ut monuimus *Diss. prael.* ad *Ann. sec. XV* p. XV. Graviores sacri textus lectiones habes in *Var.* nostris *Lect.*, ubi unicus est ex editis Ps. XXXVIII 4, et CXLIII 10, critica autem excerpta Reuchl. in Brunsii *Annal. Helmst.* 1782 vol. I p. 112.

MDXIII

31 * R. Dav. Kimchì ספר שרשים *Sèfer scarascìm, Liber radicum* fol. *CPoli* an. 5273, Ch. 1513.

Paginae tribus columnis constant. Postrema epigraphem exhibet, et in libri et editionis laudem *Carmen* R. Salom. ben Mazal Tov. Ex priori illa pater editionem factam esse a typographis R. Samuele Rikomin et R. Estrok de Tolon, ejus impensas suppeditasse R. Chananià fil. Eliezeris Simeoni et R. Abraham Dandosa Provincialem, ac finitam fuisse feria II init. mensis adar an. 5273 CPoli regnante sultano Selim anno regni ej. II. Solus autem editus *Liber radicum*. Corrigendus ergo Bartoloccius, qui primam etiam partem *Michlol* grammaticam simul prodiisse asserit T. II p. 32. Quem Bartoloccii errorem sequitur Wolfius T. I p. 306 et III p. 192 et *Histor. lex. heb.* p. 42. Perperam etiam Bartoloccius ac Senebier *Catal. des Mss. de la bibl. de Geneve* p. 24 hanc editionem ut primariam laudant, quam aliae tres praecesserunt. V. *Annal.* nostros *sec. XV* p. 76, 80 et 125. Nec accurate Wolfius T. III p. 194 eam apud R. Scelomò ben Massal Tov subdit curatam ac per *operas* vertit vocabulum אומנים quod artifices seu typographos significat.

32 תפלות *Tefilòth* seu *Judaicae Preces* 4. *Pragae* an. 273, Ch. 1513.

Litteris quadratis maj. *Catal. bibl. Oppenh.* fol. 59.

33 * R. Josè ben Chelpetà סדר עולם רבא *Sèder olàm rabbà*, *Chronicon mundi majus*. Acced. anonymi סד' עולם זוטא *Sèder olàm zutà*, *Chronicon mundi minus*, מגלת תענית *Meghillàd taanìth*, *Volumen jejunii*, et R. Abrah. ben Dior ס' הקבלה *Sèfer akkabbalà*, *Liber cabalae* vel *traditionis*, 4. *Mantuae* an. 274, Ch. 1513.

Ad calc. postremi libri: „ Explicit *Liber cabalae* R. Abr. ben Dior hic Mantuae die IV marchesvan an. *et convertet Dominus captivitatem tuam* ורח"מך *et miserebitur tui* (274) etc. „ (Deut. XXX 3). Dies illa incidit in dimid. octob. an. nostri 1513. Hinc ad hunc an. transferenda editio, non ad 1514, ut referunt Wolfius aliique bibliographi. Male etiam Wolfius T. I p. 43 et II p. 1326 judaicum annum exprimit 273. Ex numero vel signatura plagularum, quae in postremo opere continuatur, patet illud non seorsim, sed cum ceteris fuisse impressum, ac simul hos omnes libros prodiisse. Est in 4. min., non in 8., ut habet Grodekius. Prodiit non expresso typographo, sed per Samuelem Latef. V. lib. *Tanià* an. 1514.

34 R. Dav. Avudraham *Liber dictus* אבודרהם *Avudraàm* fol. *CPoli* an. 5274, Ch. 1513.

Per R. Estrok de Tolon. Ad calc. dicitur absolutus die qua creata sunt luminaria, seu IV mensis tebeth an. הר"עד CPoli, idest sub dimid. novembris an. nostri 1513. Vidi apud Judaeos Anconitanos et Romae in bibl. propag. fidei. Extat etiam in Oppenheimeriana. De ea Bartolocc. T. II p. 19, sed male asserit esse primariam. Praecessit enim Ulyssiponensis sec. XV, de qua in *Annal.* nostris p. 67. Locus aperte indicatur, eumque exprimit *Catal. Oppenh.* Male ergo Wolf. T. III p. 177 eam seu Oppenh. ejus exemplar asserit loco carere.

35 *Oratio dominica*, *Magnificat*, *Symbolum apostolorum aliaeque preces* heb. et lat. interprete Matthaeo Adriano 4. *Tubingae* 1513.

Sub titulo *Libellus horam faciendi pro Domino* in aedibus Thomae Anshelmi Badensis mense januario. Maschius *Bibl. sacr.* P. II vol. I p. 16.

MDXIV

36 * R. Bechai *Comm. in Pentat.* fol. *Pisauri* per Gers. Soncin. anno 274, Ch. 1514.

Editio quadratis litteris binisque columnis expressa, ac vere luculenta, ut sunt Pisaurenses omnes initio XVI sec. curatae. Ad calc. „ In provincia Italiae per man. minimi typogr. ac discip. peregrinantis hic (Gerson) Pisauri an. רע"ד 274 min. supput. „ Servat et ipsa, ut Pisaurensis alia 1507, antichristiana loca in recentioribus editionibus sublata.

37 * R. Mosis Nachmanidis *Comm. in Pent.* fol. *Pisauri* 274, C. 1514. In titulo dicitur a Soncinatibus coepta editio die I mensis tebeth an. 274 min. supp., hoc est sub in. decembris an. nostri 1513, et absoluta die III sivan illius anni seu sub dimid. mensis maji an. 1514, impressumque opus in urbe Pisauri quae est in provincia Italiae sub dominio Francisci Mariae ducis Urbini et Sorae et praefecti Romae. Integra editio quadrato charactere binisque columnis, ut praecedens, exarata,

38 * R. Abr. aben Ezrae *Comm. in Pent.* fol. *CPoli* an. 274, C. 1514.

„ Absolutum est artificium libri hujus die X mensis sivan (maji) an. ר"ב חסד *magnus clementia*, seu 274 min. supp. sexti millenarii per man. typogr. R. Estrok de Tolon, hic CPoli magna quae est sub dominio sultani Selim „. Aeram quam male Wolfius statuerat T. III p. 46, recte emendat T. IV p. 764, monens non solam primam dictionem, quamvis ipsa sola punctis ornetur, quae annum daret 202 seu 1442, sed etiam seq. in computum esse assumendam.

39 R. Levi Gersonidis *Comm. in Pent.* fol. *Pisauri* an. 374, Ch. 1514.

Bartoloccius et ex eo Wolf. T. I p. 726.

40 R. Abr. Seba צרור המור *Tzeròr amor*, *Fasciculus myrrhae*, seu *Comm. Pent.* fol. *CPoli* an. 274, Ch. 1514.

Le Long. *Bibl. sacr.* T. II p. 595 et Wolf. T. I p. 94.

41 * R. Eliezeris fil. Hyrcani פרקי ר' אליעזר *Pirkè R. Eliezer*, seu *Capita R. Eliezeris*, 4. min. *CPoli* an. 5274, Ch. 1514.

„ Finitum porro est universum opus, per man. Judae fil. R. Josephi Sason, fuitque finis ejus feria III die XIII mensis jiar (aprilis) an. ה' ברן י"חד

5274 a creatione in urbe CPol. magna quae est sub dom. sultani Selim „. Male Hyde in *Catal. Bodlej.*, Le Longius ac Wolfius, supputato ה pro unitatibus, ad 279 seu 1519 transferunt.

42 * R. Jehud. fil. Biniamini *Liber* תניא *Tanià*, seu *Traditionis*, 4. min. *Mantuae* an. 5274, Ch. 1514.

Eodem char. quadr. quo *Sèder olàm* an. 1513. Ad calc. dicitur „ absolutus mense sivan (majo) an. 5274 ab O. C., min. supp. ור"חמך 274, per man. minimi Samuelis Latef hic Mantuae „.

43 * R. Jacobi ben Ascer *Comm. in Pentat.* 4. min. *CPoli* an. 5274, Ch. 1514.

Per typogr. R. Samuel ben Nachmias, sed sumptus suppeditante R. Jehuda Sason, ut monet typogr. nota ad calc. posita, in qua dicitur absoluta editio feria I die XV mensis tamuz (junii) anno ה' ברן יחד 5274 in urbe magna CPol quae est sub dom. sultani Selim. Sequitur in ej. laudem *poema* R. Salom. ben Mazal Tov.

44 *Decalogus*, *Oratio dominica*, *Salutatio angelica*, *Symbolum apostol.*, *Canticum Mariae*, *Cantic. Simeonis*, *Veni sancte*, *Salve regina*, *Canticum Zachariae* hebr. in Jo. Boeschenstein *Elementale introductorio in hebraeas litteras* 4. *Aug. Vind.* 1514.

Per Erh. Oeglin partim a Boeschensteinio versa, partim ex Adriani opella retenta. Masch. P. II vol. I pag. 16.

MDXV

45 * R. Jacobi ben Ascer קצור פסקי הראש *Kitzùr piskè aròsc*, seu *Compendium decisionum R. Ascer* fol. *CPoli* an. 5275, Ch. 1515.

Non in 4., nec anno 280, seu 1520, ut bis notat Wolfius T. III p. 140, et 450. Ad calc. dicitur excusum opus a R. Juda fil. Josephi Sason et R. Samuel fil. David ben Nachmias, ac finitum feria IV die VI mensis adar anno הר"עה 5275, in urbe magna CPolis, regnante sultano Selim.

46 * R. Bechai fil. Ascer כד הקמח *Cad akkèmach*, *Cadus farinae* fol. *CPoli* an. 5275, Ch. 1515.

Absolutus feria V die XVIII mensis jiar an. הר"עה CPoli sub sultano Selimo. Perperam ad an. 280 seu 1520 refert *Catal.* Surenhusii.

47 * Anon. *Liber* מכילתא *Mechiltà* fol. *CPoli* an. 5275, Ch. 1515.

In titulo: „ Excusus in urbe magna CPolis an. *Deus* הר"עה *qui pascit me* opera typogr. Estrok de Tolon Provincialis „. Male Wolfius confuso ה cum ח ad an. 278, seu 1518 transtulit T. II p. 1352.

48 * *Psalmi*, *Proverbia*, *Job*, *Daniel cum Comm.* R. Sal. Jarchì fol. *Thessalon.* an. 5275, Ch. 1515.

In fine: „ Absoluta porro est opera operis sancti horum IV librorum, *Psal.*, *Prov.*, *Jobi* et *Dan.* in domo don Jehudae Ghedaliae hic Thessalonicae sub dom. sultani Selim die IV mensis ellul an. הערה a creatione „. Sequitur in libri laudem poema, ad cujus calc. dicitur impressus per man. typographi Josephi Metatron. Conf. *Appendix* nostra *ad bibl. Masch.* p. 33. Sacer textus rariores non paucas suppeditat varias lectiones, in quibusdam etiam est unica editio. V.

Var. nostras *Lectiones* T. IV p. 13 ad Ps. XVIII 43, et *Scholia critica* p. 106 ad LXXVIII 1.

49 * R. Simeonis bar Tzèmach זהר הרקיע *Zòar arakìah*, *Splendor firmamenti* 4. min. *CPoli* anno 5275, Ch. 1515.

Tradit epigraphe operis editores seu promotores fuisse R. Mosem fil. Samuelis et R. Eliam fil. Jehudae Luko, typographum Josephum fil. R. Aiid vel Ajed Kabetzì, finitumque CPoli regnante Selimo die XI mensis consolatoris an. הר"עה 5275, quod male Grodeckius de minori aera intelligens ad an. 280, seu 1520 editionem amandat.

50 * Anon. פתח דברי *Pedach devarai*, *Apertio* vel *Initium verborum meorum*. Accedunt R. Hai Gaòn פתרון חלומות *Pidròn chalomòth*, *Interpretatio somniorum*, et R. Jehudae sancti מעשה תורה *Mahasseh torà*, *Historia legis* 4. min. *CPoli* an. 5275, C. 1515.

Finita dicuntur ad calc. tria haec scripta feria VI die XIII mens. ellul an. הר"עה CPoli regnante Selimo. Nostrae hujus editionis primi ac tertii operis nulla apud Wolfium vestigia. Secundi memorat, sed annum ac formam non indicat, confunditque cum alio ej. tituli R. Sal. Almoli, a quo toto coelo discrepat.

51 * *Prophetae posteriores*, seu *Isaias*, *Jeremias*, *Ezechiel et XII minores cum Comm.* R. Dav. Kimchì fol. *Pisauri* per Gers. Soncinat. an. 275, 276, Ch. 1515.

In titulo dicuntur „ secundo impressi per Soncinates et absoluti mense chislev anno min. supp. 276 „, seu mense novembri an. nostri 1515. Ad calc.: „ Per man. min. typ. ex Soncinatibus habitantis hic (Gerson) Pisauri urbe ducis Urbini et Sorae et praefecti Romae an. ונ"ורא ה"וא *et terribile est*, seu 275. Uterque annus cadit, ut vides, in nostrum 1515. Hic ergo annus editioni assignandus, non 1516, ut parum accurate Kennicottus in *Diss. gen.* ad cod. 269, Maschius T. I p. 137, et nos ipsi in *Var. Lect. V. T.* assignavimus. Secunda dicitur editio ratione Soncin. edit. an. 1486, de quo dubitare non poterat Maschius, non editionis Pisaur. omnium prophetarum an. 1511 quae non existit. Magna est tum in sacro, tum in Kimchiano textu lectionis varietas. De priori conf. *Variae* nostrae *Lectiones V. T.*, de posteriori Pocockius in notis ad *Portam Mosis* p. 309 seq., qui plura antichr. loca ex nostra edit. restituit, et *Annal.* nostri *sec. XV* p. 132.

52 * R. Simson fil. Isaaci de Kenon ס' כריתות *Sèfer cheridud*, *Liber foederis*, 4. min. *CPoli* an. 276, C. 1515.

Ita *foederis*, non *excisionis*, ut Bartoloccius aliique vertunt. Absolutus, ut ex epigr. colligitur, die XXIII mensis marchesvan an. 276 CPoli regn. sult. Selim. Cadit ergo editio in init. novembr. an. nostri 1515, non in 1516, ut referunt omnes bibliographi.

MDXVI

53 * R. Jacobi ben Ascer ארבע טורים *Arbàh turìm* seu *IV Ordines*, fol. *Fani* per Gerson. Soncinatem an. 276, Ch. 1516.

Quadratis typis binisque columnis. In titulo dicuntur „ impressi secunda

vice per man. minimi discip. typographi ..... Soncinatis peregrinantis hic (Gerson) Fani urbe papae, cujus honos ac gloria augeatur. Fuit autem finis ejus an. 276 min. supput. „ Secunda dicitur Soncinatum. Praecessit enim alia sine an. et loco hucusque ignota et a nobis detecta, de qua V. *Annal. sec. XV* p. 138. Soncinensis an. 1481 est supposititia. V. eosdem *Annales* p. 156.

54 * R. Jeruchàm fil. Mescullàm תולדות אדם וחוה *Toledòth adàm vechavà*, *Generationes Adami et Hevae*. Accedit ejusdem ס' מישרים *Sèfer mescarìm*, *Liber rectitudinum*, fol. *CPoli* an. 5276, Ch. 1516.

Ex epigr. colligitur editores operis fuisse R. Abr. Alkabetzì, R. Judam Sason, et Mosem fil. Josephi Amon, et absolutum illud fuisse die XV mensis av, seu sub fin. julii an. עו"ר CPoli regnante sult. Selim. Bartoloccius, Wolfius, et Oppenh. *Catalogus* ad minorem aeram seu 281 vocabulum illud nostramque editionem referunt, seu ad 1521, sed male. Selimi namque aetas, qui decessit an. 1520, cogit nos postremum ה de millenariis et de majori aera accipere, et editionem ad 5276, seu 1516 amandare, quo ille regnabat. Ac Wolfius quidem priori errori alterum deinceps addidit, qui aera male lecta confusoque vav cum zain ad an. 282, Ch. 1522 editionem hanc retulit T. III p. 621.

55 * *Psalterium hebraeum, graecum, arabicum et chald. cum tribus latinis interpretationibus et glossis* Augustini Justiniani Nebiensis episcopi, fol. *Genuae* 1516.

In titulo Psalmorum *Octaplus* inscribitur, totidemque columnis distribuitur. Ad calc. „ Impressit miro ingenio Petrus Paulus Porrus genuae in aedibus Nicolai Justiniani Pauli, praesidente reipub. genuensi pro serenissimo Francorum rege praestanti viro Octaviano Fulgoso, anno Christianae salutis millesimo quingentesimo sextodecimo mense VIIIIbri „. Sub stemmate quod seq. folio subjicitur, dicitur Porrus Mediolanensis Taurini degens. Ex Jacobi Antiquarii *Epistola* pag. tituli versa adjecta patet jam ab an. 1506 Justinianum in parando novo Testamento fuisse occupatum, non veteri et novo, ut notat Maschius T. I p. 401. Utrique tamen deinceps vacavit et edere etiam cogitabat, ut constat ex *Ep. dedicator.* ad Leon. X, quae sequitur. Eximii in re critica usus esse nostram hanc editionem vel ex numero ipso colligitur ac gravitate var. lectionum, quas hebr. ejusdem textus in nostra collatione suppeditat, et est in iis suppeditandis interdum solus inter editos. V. Psal. XVIII 5 et 46, XL 16, LXX 4, CXIX 121. Illud porro singulare quod ad ea Psal. XIX verba *et in fines mundi verba eorum*, Columbi vitam et elogium ob recens detectam Americam inseruit. Praeter le Long. ac Maschium multa de hoc Psalt. Simonius *Lettres chois.* T. III p. 108. Primum quidem est bibliorum polygl. specimen, non tamen arabicum, ut putat Saxius et Jenisch *De fatis ling. orient.* p. 94. Praecesserunt enim *Septem horae canonicae* arabice Fani impressae anno 1514. V. *Epithalamia* nostra *exotic. Diss. prael.* p. XVIII.

56 * *Psalterium quadruplex*, *hebr. graec. lat.* ex dupl. *interpr.* fol. *Basil.* 1516.

Appendicis loco insertum editioni operum divi Hieronymi an. 1518. Quamobrem ad an. 1518 solet a bibliographis referri. At vero ex Amorbachii *praef.* constat verum Psalterii annum esse 1516, ut monuimus in *Schol. crit. in V. T. Libros* p. XII. Heb. textum a Pisaurensibus Bibliis, seu Brix 1494, exscriptum esse, et cum minori editione 1516 accurate conspirare perperam notat Maschius T. I p. 402. Selecta dissensionis exempla vide in iisdem *Scholiis*.

57 R. Salom. ben Adereth שו"ת *Quaesita et responsa* 4. *CPoli* anno 276, Ch. 1516.

Litteris quadratis. Continet *Responsa* 119, quae in praec. ed. sec. XV non extant. *Catal.* Oppenh. fol. 44.

58 R. Abr. Zacuti סודות *Sodòth*, seu *Mysteria de resurrect. mortuor.*, *et seculo futuro*, *et gehenna et remunerat. paradisi* 4. *CPoli* 276, C. 1516.

Idem *Catal.* Oppenh. fol. 32. De hoc opere sub hoc titulo nihil Scabtaeus, Wolfius, aliique bibliographi, nisi idem putes cum ej. auctoris מתוק לנפש Venetiis edito ejusdem argumenti, de quo Wolf. T. I p. 107.

59 Anonymi הגדות התלמוד *Agadòth attalmùd*, *Historiae talmudicae* fol. *CPoli* an. 276, Ch. 1516.

Non an. 271, seu 1511, ut habet Wolfius T. II p. 1288. Vidi apud Judaeos, habetque biblioth. Oppenh. V. ej. *Catal.* fol. 10 pag. versa.

60 R. Jehudae bar Nachman הלכות פסוקות *Alacòth pesukòth*, *Constitutiones decisae*, 4. *CPoli* an. 276, C. 1516.

Catal. Oppenh. fol. 10. Auctore non memorato, qui ex Scabtaeo ac Wolfio supplendus.

61 סדר תפלות *Seder tephillòth*, *Ordo precum*, 4. *Pragae* anno 276, Christi 1516.

Litteris quadratis per Gerson. fil. Salom. Coèn et Salom. fil. Samuelis. Wolf. T. IV p. 1066 et *Catal* Oppenheim. fol. 58.

62 * *Job cum Comm.* R. Meir fil. Isaaci Aramae fol. sine loco, sed *Thessalonicae* an. 277, Ch. 1516.

Bartoloccius et post eum le Longius, Wolfius, Maschius, confuso anno compositionis Commentarii cum anno editionis, male ad annum 1506 referunt. V. *Append.* nostram *ad bibl. Masch.* p. 35. Veram aeram servat fusum poema illi subjectum, in quo laudantur ut operis impressores don Jehudà fil. Ghedaliae et filii ejus, ac finitum dicitur die 1 primi mensis an. זכו"ר גדלה 277, seu in. septembr. anni nostri 1516 adhuc decurrentis, non 1517, ut minus accurate olim retulimus, qui non erat inceptus. Sequitur monitum correctoris R. Josephi fil. Emmanuelis Coèn et elenchus errorum, qui in sacrum textum irrepserunt, cum eorum emendationibus.

63 * Anon. auctorum *Opuscula varia*, videlicet 1. דברי הימים של משה *Divrè ajamìm scèl Moscè*, *Chronicon Mosis*, 2.° פטירת אהרן *Petirad Aaròn*, *De morte Aaronis*, 3.° פטירת משה *Petirad Moscè*, *De morte Mosis*, 4.° *Liber* טובי *Tobi* vel *Tobiae fil. Tobielis*, 5.° אלדד הדני *Liber Eldad danitae*, 6.° משלי *Misclè* seu *Proverbia Sandabar*, 7. מעשה של ירושלמי *Mahassèh Jeruscalmì*, *Historia viri Hie-*

rosolymitani, 8.° *Liber* חנוך *Chanoch* seu *Enochi*, 9.° חידות איזופיטי *Chidòth* seu *Aenigmata Aesopi*, 10.° משלים של שלמה *Proverbia Salomonis*, 4. min. *CPoli* an. 5277, Ch 1516.

Per man. R. Sam. ben Nachmias CPoli regnante sult. Selim mense chesvan anno ab O. C. 5277, ut habet epigr. Ita aperte, nec numerice, sed conceptis verbis 5277, non 278, seu 1518, ut habent Scabtaeus, Wolfius et Biscionius. Praeterea mensis ille chesvan respondet octobri nostro anni adhuc non absoluti 1516. Ad hunc ergo an. referenda editio, non ad 1517, ut referunt quotquot bibliographi recte heb. aeram constituunt, praesertim Gaulminus et Wolfius seorsim opuscula quaedam recensentes.

64 * *Psalterium heb.* cum Volphangi Fabri *Institutiuncula in heb. linguam* 16. *Basil.* 1516.

Apud Jo: Frobenium ex edit. Conradi Pellicani, cujus praefatiuncula heb. praemittitur. Sat fuse ac diligenter illud describit Maschius T. I p. 85. Perperam tamen notat ex Pisaurensibus Bibliis 1494 esse expressum, et cum Brixiensibus accurate consentire. Pisaurensia illa non existunt, et a Brix. in multis dissentit. V. *Varias* nostras *Lect. V. T.* et *Append. ad bibl. Masch.* p. 35. Immerito etiam Wolfius T. II p. 401 Tentzelium accusat, quod asseruerit Wolphangi Fabricii Capitonis *Institutiunculam* cum hoc *Psalt.* fuisse conjunctam. Patet enim id luculentissime ex primis ipsis Wolphangi verbis *En amice lector ἐγχειρίδιον psalterii*. Nostrum porro hoc exemplar eo rarius habendum, quod mss. autographis Lutheri notis refertum sit, sitque illud ipsum quod possidere se gloriatur doctissimus Tychsenius in *Tentamine de variis heb. codicum gener.* p. 254, illius testimonium proferens pro insigni ac perrara lectione כארו, quam exhibet Psal. XXII 17. Nec porro hanc solam, sed alias innumeras continet rariores varias lectiones a nobis in *Collatione* nostra diligenter allatas, in quibus cum antiquioribus XV sec. editionibus saepissime congruit, et est aliquando in iis servandis, ut Ps. CVIII 3 et 12, unica editio.

MDXVII

65 * *Biblia hebr.* fol. 2. voll. *Pisauri* per Gers. Sonc. an. 277, C. 1517.

Binae diversae extant editionis summae raritatis summique pretii epigraphes et aerae. Altera sub finem Regum, quae fert „ absolutum (I volumen) die XIV nissan (martii) anno ערא 271 min. supp. (Ch. 1511) per man. minimi typographorum et discipulorum, qui est ex Soncinatibus, sed peregrinans hic (Gerson) Pisauri, urbe domini Constantii Sfortiae filii domini mei Johannis Sfortiae fel. m., sed gubernante domino Galeatio Sfortia, cujus majestas augeatur, anno VII papae Julii II, cujus gloria exaltetur ». Altera ad calcem totius operis, quae tradit » finitum opera minimi typogr. et discip. ex filiis Soncini, noti in Judaea et in Israel, anno ז"רע 277 (Ch. 1517) die I mensis adar (februarii) ». Praecedentibus postremae hujus notae verbis והוא ברחמיו יסעדני להתחיל

ולהשלים שאר ספרי קדש מעולמים ספירים » Ipse autem (Deus) pro misericordia sua sustentet me ut incipiam et perficiam reliquos libros sanctos, qui a seculis sunt sicut saphiri », divinum typographus implorat auxilium, quo reliquos hebraicos libros quoscumque a se edendos deinceps, qui sancti apud Judaeos sunt et vocantur, possit perficere. Male ergo a le Longio vertuntur *ut inchoarem et perficerem residuum libri mei sancti supra omnes libros*, maleque Maschius qui reliquis plenius hanc editionem descripsit T. I p. 13, putat iis propositum testari integrum sacrum codicem describendi, qui integer jam fuerat descriptus, aut reliquos se libros sacros addere, ut tomum primum respiciat. Nec accurate subdit pag. 14 typos ad edit. Gerson. an. 1494 proxime accedere, qui multo majores sunt et dissimillimi, ut animadvertimus in *Append. ad ej. bibl.* p. 35. Quamvis porro ex hisp. codicibus nostra haec editio hausta certo videatur, magna tamen est in ea et pretiosa lectionis varietas ac frequens cum mss. codicibus et antiquioribus editionibus consensus. V. *Var.* nostras *Lectiones V. T.* Unica est Num. IX 3, et Oseae IX 12. V. *Schol.* nostra *crit.* ad h. l.

66 *Biblia polyglotta*, *hebr. chald. graece* et *latine* fol. VI voll. *Compluti* an. 1517.

Tomus V qui N. T. continet, praesefert an. 1514, VI qui *Lexic.* heb. chald. graecum et heb. *Grammaticam*, an. 1515. Prodiit editio industria et solertia Arnoldi Guillelmi de Brocario, et ex mandato ac sumptibus cardinalis Ximenii, cujus ad Leon. X *Prologus* praemittitur. Jam ab an. 1502 seu per 15 annos operi ac labori insudatum est, doctissimi viri accersiti, conquisiti codices antiquissimi, septem hebraici soli quatuor aureorum millibus comparati, in toto opere quinquaginta teste Gomesio aureorum millia impensa. At vero infinitus hinc liberalissimo moecenati honos emersit, summum Hispaniae decus, uberrimum ecclesiae emolumentum, amplissimum sacris litteris sacraeque criticae praesidium, tum ob editos variarum linguarum vetustissimos codices, tum ob immensam quam continent, ac pretiosam variarum lectionum copiam, cujus quoad heb. fontes fidem faciunt egregiam ac perpetuam *Variae* nostrae *Lect. V. T.* Ex pluribus auctoribus qui uberius praestantissima ac rarissima haec *Biblia* delineant, conferantur potissimum Nicol. Antonius *Biblioth. hisp.* T. I p. 293, Wolfius T. II p. 339, Simonius *Hist. crit. du V. T.* p. 515, Carpzovius *Crit. sacr.* pag. 389, le Longius *Diss. hist. de Polygl.* pag. 5-32, et *Biblioth. sacr.* pag. 8, ac postremo Maschius T. I p. 332.

67 * Anon. מדרש שמואל *Medràs Samuel* seu *Expositio allegor. Samuelis*. Acced. R. Saadiae שו"ת *Quaesita et responsa*, fol. *CPoli* 5277, C. 1517.

Editio Wolfio ignota. Sub fin. *Medràs* dicitur finitus die VIII mensis adar (februarii) an. ע"רה 5277, et impressus CPoli regnante sult. Selimo. Hinc constat ה quinque millenaria denotare, nec referri posse ad an. 282, ut facit Oppenh. *Catalogus*, quo regnabat Solimanus.

68 R. Mosis Maimonidis ס׳ מצוות *Sefer mitzvòth*, *Liber praeceptorum*, fol. *CPoli* an. 277, Ch. 1517.

Catal. Oppenh. fol. 28. Editio Bartoloccio, Scabtaeo, Wolfio ignota.

69 * R. Nathan ערוך *Aruch* seu *Lexic. talmud.* fol. *Pisauri* an. 5277, Ch. 1517.

In titulo dicitur impressum per manus minimi typogr. ex filiis Soncini an. 5277 in provincia Italiae. Ad calcem finitum die XIII mensis adar an. ז״רע 277 per eundem Sonc. peregrinantem hic (Gerson) Pisauri.

70 R. Bechai *Comm. in Pent.* fol. *Pisauri* an. 277, Ch. 1517.

Ignotissima editio, quam vidi olim in bibliotheca publica synagogae Mantuanae, sed titulo mutilam, in quo non dubito quin typographicae notae uberius quam in fine fiat, contineantur. Ad calcem dicitur facta a Gersone, et finita » hodie sub fin. mensis adar an. ז״רע 277 min. supp. ».

71 R. Bechai *Comm. in Pent.* fol. *CPoli* an. 277, Ch. 1517.

Nititur hujus editionis fides solius Simonii testimonio *Hist. crit. du V. T.* p. 538. *Je me suis servi de la troisieme édition qui est de CPle en* 1517 *in-folio*. Reliqui omnes de ea silent. Confusam primum putabam a Simonio cum hac praecedentem editionem ejusque locum. Sed quum praeter tres Pisaurenses 1507, 1514, 1517, alia adhuc editio sit necessaria ad numerum quinque editionum quae Ariminensem an. 1526 praecesserunt, aliunde autem de Simonii diligentia in eo *Catalogo* satis constet, non audeo illam inter supposititias reponere.

72 * R. Elisae fil. Abr. fil. Matathiae מגן דוד *Maghèn David*, *Clypeus Davidis* 4. min. *CPoli* an. 277, Ch. 1517.

Ita an. 277, Ch. 1517, ut habet recte *Catal.* Oppenh. fol. 22 et Hyde *Catal. bibl. Bodlej.* pag. 226, et ad calcem epigraphe: » Perfectus est autem liber hic vespere paschatis an. ע״ז, et impressus CPoli sub imperio sultani Selimi ». Non an. 276, Ch. 1516, ut mendose habet Scabtaeus et Wolfius. Ac Wolfius quidem qui le Longium reprehendit, quod ex uno auctore binos fecerit, in eundem ipse errorem cecidit, bis referens, primo num. 267 sub falso nomine Eliezeris, dein num. 303 sub vero Elisae. V. T. I p. 170 et III pag. 117.

73 * *Biblia heb. cum Targum ac variis rabbinorum Commentariis*, fol. 2. voll. *Venetiis* per Dan. Bombergum an. 278, Ch. 1517.

Ad an. 1517 referendam esse principem hanc ac rarissimam Bombergii editionem, non ad an. 1518, ut communiter a bibliographis fit, nuper ostendimus in *Schol. crit. in V. T. lib.* p. X. In heb. enim epigraphe ad calc. Paralip. testatur Bombergius se eam absolvisse » Venetiis an. XVI ducis Leonardi Loredani, an. 278 min. supp. die XXVII mensis chislev », idest sub init. decembris an. nostri 1517, non *an.* 1518 *die 27 mensis novembris*, ut parum accurate notat le Longius et ex eo Maschius T. I p. 96. Hunc eundem annum exhibet latina Felicis Pratensis ad Leon. X praefatio. Perperam ergo eum ut chimericum et ex sola

latina praef. erutum putat Clement *Biblioth. cur. des liv. rar.* T. IV p. 28, ubi plura de hujus edit. raritate habet. Quae hic praeter Targum ac Masoram continentur, sunt Jarchii Comm. in Pentat. Megh. Esdr. Neh. Paral., Kimchii in Proph. et Psal., Nachmanidis et Abr. Peritzòl in Job, Kav venakì in Prov., Gerson. in Dan., Simeonis in Esd. Neh. Par., ad calc. Targ. Hieros., Targ. II in Esther, Tab. Parasc. et Apht., Maimon. XIII Articuli, Praecepta adfirm. et neg., Aaron ben Ascer de accentibus, Variae lectiones ben Ascer et ben Nephtalì. V. le Longium, Maschium, Wolfium, qui perperam tamen subdunt ex rabbinorum commentariis ea omnia quae christianae religioni adversantur, fuisse eliminata. Multa enim supersunt.

74 * *Biblia heb.* 4. 2 voll. *Venetiis* per Bomberg. an. 278, C. 1517.

Quum in minori hac edit. cum an. 278 conjungatur idem annus XVI ducis Loredani, dubitandum non est, ut monui in iisdem *Scholiis* p. XI, quin et judaicus ille annus pro incepto habendus sit qui in nostri finem cadit, sitque et ipsa ad an. 1517 amandanda. Eam rarissimam esse recte statuit *Bibliotheca Sarayiana* P. II p. 2 et *Biblioth. lib. rar. univ.* T. I p. 96. Est et praecedenti rarior.

MDXVIII

75 *Pentateuchus heb. cum V Meghillòth Apht. et Comm.* Jarchì fol. *Pragae* an. 278, Ch. 1518.

Impensis quinque typographorum, quorum nomina in fine designata sunt. Conf. Lilienthalius *Comm. crit. cod. Regiom.* praef. p. x. Extat etiam in biblioth. Oppenh. V. ej. *Catal.* fol. 51. b. Unica ed. Jer. XLVI 22 et Ezech. XLIV 18. Meghillòth et Aphtar. male omittunt Wolfius et Maschius.

76 R. Isaaci Karo תולדות יצחק *Toledòth Itzchàk*, *Generationes Isaaci* fol. *CPoli* an. 278, Ch. 1518.

Apud Salomonem ben Mazal Tov. Le Long. p. 804 et Wolfius T. I p. 690.

77 * *Psalterium in quatuor linguis, heb. graec. chald. lat.* fol. *Coloniae* 1518.

Cura Potkenii, qui ad calc. epistolam subjecit. » Absolutum IIII idus Jun., (non tertio, ut notat Maschius T. I pag. 402). Subjiciuntur etiam » Introductiunculae in tres linguas externas, hebraeam graecam chaldaeam » seu aethiopicam, quae praeter alphabeta continent *Orationem domin.*, *Salut. angel.*, *Symbolum apost.* et *Cantic. Simeonis*, hebr. *Salve reg.* et *Veni sancte Spiritus*, et aethiop. *Magnificat*, de quibus nihil le Longius ac Maschius, ut monuimus in *Schol. crit.* p. XII. Editio rarissima, quae saepe sequitur antiquiores editiones, multisque scatet variis lect. inter quas rariores non paucae. V. Ps. XVI 2, XVIII 5, et 26, XXII 17 etc.

78 *Esther cum Comm.* R. Isaaci Aramae 4. *CPoli* an. 5278, C. 1518.

Apud Sam. ben David ben Nachmias. Le Long. p. 79, Wolf. T. II p. 412 et III pag. 611, Maschius T. I pag. 133.

79 Anon. קצור משנה תורה *Compendium Miscnè torà* 4. *CPoli* an. 278, Ch. 1518.

Scabtaeus pag. 68, *Seder adoròth* fol. 176, Wolf. T. I pag. 854. Ad 1517 per errorem ab Hyde relatum.

80 * R. Abr. bar Chasdai בן המלך והנזיר *Ben ammèlech veanazìr*, *Filius regis et Nazaraeus*, 4. min. *CPoli* an. 278, Ch. 1518.

Absolutus die II mensis nissan an. ברו"כים 278 CPoli regn. sult. Selimo.

81 * R. Eliae Levitae ספר ההרכבה *Sèfer aharcavà*, *Liber compositionis* 8. *Romae* an. 278, Ch. 1518.

In poemate quod ad calcem extat, ait Elias se eum imprimendum tradidisse tribus fratribus, Isaaco, Jom Tov et Jacobo filiis Avigador, qui impensas fecerunt, illumque excuderunt Romae. » Coeptum autem fuisse die I mensis av, et finitum die XVI anni ab O. C. 5278 ». In monito vero quod sequitur, Isaaci Avigador, excusat is typorum inelegantiam, quod novi prorsus ad hanc artem accesserint, subditque impressum librum hunc facultate papae Leonis X mense augusto anno VII ejus regni. » Impressum autem in domo Joh. Jacobi Fazot, vel Faccioti de Montecchio Romae in platea Montanari ». Annus ille 5278 incidit in an. VI Leonis X, non in VII, ut per errorem inquit typographus. Conf. infra synagogae decretum. Quam ob rem male Bartoloccius ac Wolfius annum 1519 editioni praefigunt.

82 * R. Eliae Levitae ס׳ הבחור *Sefer abachùr*, *Liber electus*, vel *juvenis* ex cognomine auctoris, 8. *Romae* an. 278, Ch. 1518.

Carmen auctoris editioni subjectum fert absolutum librum an. 278 et impressum Romae. At vero praefixum decretum rabbinorum synagogae Romanae de eo non reimprimendo ad decennium datum est die V tisrì an. 279. Utraque aera cadit in an. nostrum 1518. Nam mensis ille tisrì respondet septembri nostro illius anni. Utrumque etiam librum, hunc ac praecedentem, decretum illud respicit, et ut utriusque editores fratres illos Avigador commemorat. Respicit et tertium Eliae nostri opusculum, seu לוח בדקדוק הפעלים והבנינים *Tabulam grammaticam verborum et conjugationum*, cujus nulla extant in Bartoloccio, ac Wolfio ceterisque bibliographis vestigia. Tantae autem raritatis est nostra editio, ut ejus existentiam olim negarit Wolfius T. I p. 155, nec Scabtaeo crediderit eam proferenti, qui tamen annum editionis confundens cum anno compositionis, perperam ad an. 1517 illam retulerat.

83 * R. Mosis Nachmanidis תורת אדם *Toràd' adàm*, *Lex hominis* fol. *CPoli* an. 5279, Ch. 1518.

Die XXV chislev, seu initio decembris an. nostri adhuc decurrentis 1518, non 1519, ut habet Wolfius T. I p. 880. Regnante sultano Selimo. Vidi Romae in biblioth. Colleg. propag. fidei.

84 * *Psalterium* hebr. 12 *Venet.* an. 5279, Ch. 1518.

Rarissima editio, a nobis primum detecta, quam in libello *De ignotis ant. sacri textus edit.* illustramus cap. XI pag. 18. Sub finem: » Feria VI hebd. die III tisrì an. 5279 impressus est liber poetae hujus per Dan. Bombergum Antwerpiensem hic Venetiis ». Mensis ille cadit in septembrem nostrum anni 1518, non 1519, ut illic annotavimus et in clavi codicum *Variis Lect.* praefixa.

MDXIX

85 * מדרש חמש מגלות *Medras V meghillòth*, seu *Expositio allegorica V voluminum*, f. *Pisauri* 5279, C. 1519.

» Excusum in provincia Italiae per minimum typogr. ex semine Israel Soncinatem an. 5279 ab O. C. „. Nomine provinciae Italiae Pisaurum intelligitur, et nomine viri Soncinatis Gerson, qui in hac editione non quadratis, ut hucusque consueverat, sed rabbinicis utitur typis. Ex solo fragmento Schoëtgenii Wolfio innotuit T. II p. 1426, sed minus accurate uterque Soncinensem appellat.

86 * R. Israel Iserlen תרומת הדשן *Terumàd adèscen*, *Oblatio cineris*, 4. maj. *Venet.* an. 279, Ch. 1519.

Per Bombergum correctore R. Chajà Meir ben David, qui in epigr. testatur absolutum feria VI die XIV jiar an. ע"טר 279 min. supput. Wolfius T. III p. 631 asserit in calce extare ej. auctoris פסקים וכתבים *Decisiones et formulas instrumentorum*.

87 * R. Salom. Jarchì לקוטי פרדס *Likkutè pardès*, *Collectanea libri de paradiso*. Acced. R. Jeh. Charizi *Liber de medelis corporis*, Aristotelis *Liber de pomo*, Galeni *Liber de anima*, *Tochechòth* seu *Increpationes*, *Tekanòth* seu *Constitutiones* R. Gerson, et *Mislè chachamìm*, *Proverbia sapientum* 4. maj. *Venet.* 279, Ch. 1519.

Apud Dan. Bombergum. Bis mendose Wolfius 1619 T. I p. 1068 et III p. 1045. Galeni autem libellum tantum ut ms. profert T. III p. 167, editionem nostram omittens et ignorans. Profert et Gersonis *Constitutiones* T. I p. 284, sed duplici commisso errore, asserens esse an. 289, et in folio.

88 * R. Josephi Kolon ש"ות *Quaesita et responsa*, 4. *Ven.* 279, C. 1519.

„ Absoluta editio die XXII adar an. 279 per fratres ex semine Israel filios Baruch Adel-kind ex mandato et in domo domini nostri Danielis Bombergii Antwerpiensis „.

89 R. Iserlen באורים *Biurìm* seu *Expositiones in Jarchii Com. in Pent.* 4. *Venet.* an. 279, Ch. 1519.

90 *Illustr. virorum Epist. heb. graec. lat. ad Reuchl.* 4. *Hagenoae* 1519.

Ex officina Thomae Anshelmi. V. Schnurrer *Biogr. Nachrichten* p. 65.

91 * R. Mosis Kimchì דקדוק *Dikduk* seu *Grammatica*, 4. min. *Hagenoae* 1519.

Ex offic. Thomae Anshelmi mense januario. Sed heb. epigr. quae infra subjicitur, habet „ absolutam esse feria VI die XIII mensis tebeth an. 5279 ab O. C. „. Idest mense decembri an. 1518. Prodiit sub tit. דרכי לשון הקודש דקדוק, non *Viarum linguae sanctae*, ut notat Wolfius T. III p. 811. Latinus titulus *Rabi Mose Kimhi in Introductorio Grammaticae*. Sequitur latina Anselmi dedicatio ad Fridericum Saxoniae ducem. Litteris exarata est quadratis german. cum punctis.

92 *Opuscula varia* variorum auctorum, videl. 1.° *Liber ben Sirà*, 2.° *Historia* Josuae fil. Levitae, 3.° *Impedimenta XXIV quae difficilem reddunt poenitentiam*, 4.° אותות המשיח *Signa Messiae*, 5.° *Dies*, *in quibus jejunium commendatur*, 6.° *Medràs meghillàd Esther*, 7.° *Septem res quae impediunt orationem*, 8.° *De peccatis gravioribus*

severiori poena puniendis, 9.° Jeh. sancti מעשה תורה *Historia legis*, 10 Pretejanni *Epistol. ad papam*, 11. *Enarratio de morte Esau*, 12. *Historia de Abrahamo*, 13. *Liber Eldad Danitae*, 14. *Historiae talmudicae*, 15. *Liber Zorobabelis*, 16. *Medràs* ויושע, 17. *Liber Tobiae*, 18. ארחות חיים *Orcòth chaiìm*, seu *Semitae vitae*, 4. min. *CPoli* an. 5279, Ch. 1519.

Hac expliciunt epigraphe: „ Finita autem est editio horum collectaneorum per man. R. Chaijm fil. Scabtaei Cesarini in typographia R. Estrok de Tolon die xx sivan anno עטרה 5279 in urbe CPolis... sub domin. sultani Selimi „. Punctum quo ה superius notatur, innuit illud non quinque unitates, sed quinque millenaria designare. Hoc idem necessario postulat Selimi aetas, qui seq. anno 1520 decessit. Itaque errat Biscionius, qui editionem hanc ad an. 284 amandat, seu 1524, quo regnabat Solimanus. In hunc eundem errorem jam ceciderat Wolfius, Medras ויושע, ac Zorobabelis librum seorsim recensens. De integra enim collectione agens, annum omittit, ut fecerat Buxtorfius *Bibl. rabb.* p. 324. Omittit et uterque varios tractatus qui ea continentur. Aliorum autem aeram praevertit Wolfius, ut Orcòth chaiìm quem T. I p. 174 refert ad an. 1517, alios denique ut ineditos profert, ut Signa Messiae, quem ut ms. ex bibliotheca Colbertina excitat T. III p. 1175. Quod non mirum, quum perrara haec editio, cujus bina diversa contulimus exempla, in Oppenheimeri bibliotheca deesset, ubi posset illam conferre.

93 * R. Abr. fil. Nathàn Jarchi ס' המנהיג *Liber amanhìgh* seu *ductor*, 4. min. *CPoli* 279, Ch. 1519.

Cura Salom. filii Mazal Tov. Nostro huic auctori titulus tribuit, non R. Eliakimo, ut Jachia in *Scalsceled* et Buxtorfius autumant.

94 * R. Mosis Kimchì דקדוק *Dikduk*, seu *Grammatica cum praef. et Com.* R. Bin. fil. Jehudae, seu potius R. Eliae Levitae, 4. min. *Ortonae* an. II Caroli regis Siciliae, seu 1519.

In fronte: „ Impressus tertio imperante domino nostro rege don Carolo rege Siciliae et Hierusalem etc., cujus throni magnificentiam Dominus augeat, anno secundo regni ejus, per manus minimi typogr. ac discip. peregrinantis hic (Gerson) in urbe Ortonae „. In quo intelligendo titulo mirum est quam varie et insigniter a bibliographis, confusis praecipue Carolis, peccatum sit, quamque variae falsissimae aerae inde constitutae. Quidam enim, ut Scaliger ac Buxtorfius, editionem ad an. 1461 retulerunt, quo tantum abest ut tertia ulla hujus operis editio fieri posset, ut nec typi ipsi in Italiam essent introducti. Alii, ut Scriverius, ad 1476, alii, ut Wolfius, ad 1486, non pauci, ut Chevillerius, Marchandus, Maittairius, Mercierius, Tiraboschius, ad 1496, alii denique, ut le Longius, ad 1555. V. *Annales* nostros *heb.-typ. sec. XV* p. 153, 154, 159, 170, 171, ubi, refutatis singulis his opinionibus ac conjecturis, constituimus Carolum illum esse Carolum v imperatorem, Hispaniae ac Siciliae regem, qui anno 1517 regnum assumpsit, ac propte-

rea editionem hanc factam anno ejus regni II ad an. 1519 esse referendam, le Longium vero qui ad seriorem eam aetatem demandavit, male pro anno accepisse ac supputasse postremum tituli vocabulum הקריה, quod eum quidem numerum dat, sed ad annum non pertinet. Praeter bina nostra exempla quibus tertium nuper accessit, extat quoque perrara haec editio in bibliotheca Leidensi et Oppenheimeriana, in quibus se eam vidisse testatur Wolfius T. III p. 812, sed praepropere adeo et indiligenter, ut subdat nullum temporis exhibere vestigium.

95 * R. Salom. Almoli הליכות שבא *Alicòth Scevà*, *Incessus Sabae* vel *Sabaeorum* 4. min. *CPoli* 5280, C. 1519.

Ita vertendus titulus ex Job VI 19 depromptus, non *Institutiones quae venerunt ad R. Salom. Almoli*, ut inepte vertit Wolfius T. III p. 1027. Dicitur ad calc. absoluta editio CPoli die 24 chislev an. ה"רף 5280, idest sub in. decembris an. nostri 1519, non 1520, ut minus recte subdit idem Wolfius.

MDXX

96 *Talmud Babylonicum cum Tosephòth*, *Piskè tosephòth*, *Com.* Rascì et R. Ascer, et in *Miscnà Comm.* Maimonidis, fol. 12. voll. *Venet.* an. 280, Ch. 1520.

Ac seq. annis. Plures etiam tractatus ob exemplarium defectum vel ad eorum complementum paucis post annis recusi, qui ad hanc editionem pertinent splendidissime a Bombergio curatam. De singulis plura Bartoloccius ac Wolfius T. II p. 896.

97 * *Prophetae posteriores*, *Isai. Jer. Ezech. et XII minores cum Com.* R. Isaaci Abarbanelis, fol. *Pisauri* an. 280, Ch. 1520.

„ Impressi in provincia vel urbe Italiae opera minimi typogr. ac discip. ex semine Israel, viri Soncinatis, cujus nomen notum in Juda et in Israel an. 280 min. supp. „ ut legitur in fronte. Facta ergo editio per Gersonem Pisauri, quod nomine urbis Italiae intelligitur, non Soncini, ut notant le Longius, Maittairius, ac Wolfius.

98 *Liber* כל בו *Col bò*, *Omne in eo*, fol. *CPoli* 5280, Ch. 1520.

Per Jom Tov Zicrì b. Raphael. Wolfius T. II pag. 1312. Sed *Catal.* Oppenh. fol. 19 b de minori supputat. intellecta aera ad 285 refert, seu 1525.

99 * *Medras V meghillòth*, *Expositio V volum.*, in-folio *CPoli* anno 5280, Ch. 1520.

„ Mense nissan anno ורב חסד 280 sexti millenarii per man. R. Estrok de Tolon Provincialis „ ut habet titulus. Editio perrara Wolfio aliisque bibliographis ignota.

100 R. Joseph Becòr Scòr *Comm. in Pentateuchum* in-folio *CPoli* anno 5280, Ch. 1520.

Dicitur ad calc. „ absolutus CPoli sub sultano Solimano feria VI die XII mensis adar an. 5280 per R. Salom. ben Mazàl Tov correctore R. Mose Chaviv „. Idem proculdubio cum ej. auctoris חדושי התורה *Novellis expositionibus in Pent.*, quas ut mss. laudant Scabtaeus, Wolfius et *Seder adoròth*. De hac editione altum apud eos silentium. Vidi Romae in Casanatensi.

101 R. Mosis Kimchì ס׳ דרכי לשון הקדש *Liber viarum linguae sanctae* 4. *Paris.* an 1520.

Apud Gourmontium cura Justiniani Nebiensis episc., qui additiones nonnullas adjecit et praefationem Parisiis scriptam pridie cal. martias.

102 *Ruth*, *Lamentationes Hier. et libellus de numeris* heb. 4. *Paris.* 1520.

Ex recognitione ej. Justiniani, et apud eundem Gourmontium, correctore Petro de Soubzlefour Parisiensi, qui et praefationem eidem Justiniano inscriptam praemisit. Utramque editionem, hanc ac praecedentem, rarioribus adnumerandas, vidi Mediolani in biblioth. Braidensi.

103 * R. Mosis Kimchì *Rudimenta hebraea*, 4. *Aug. Vindel.* an. 1520.

A Jo. Boschenstein diligenti studio revisa in officina Sigismundi Grymm ac Marci Wirsung mense majo. Praemissa est latina Grymmii epistola et hebraica altera Raphaelis Zacuti. V. Wolf. T. III p. 810, et Zapf *Annal. Aug.* p. 78.

104 * R. Eliae Levitae פרקי אליהו *Pirkè Eliav*, *Capitula Eliae*, 4. *Pisauri* 280, Ch. 1520.

„ Primum impressi in prov. vel urbe Italiae per minimum typogr. et discip., cujus nomen pervulgatum est in Israel (Gerson Sonc.) an. פ״ר 280 min. supput. „.

105 *Psalmi septem poenitentiales* heb. lat. germ. 4. *Aug. Vind.* 1520.

Cura Jo. Boschenstein et in offic. Sigism. Grimm et Marci Wirsung. Accedit Psal. CXXI itid. trilinguis. Masch. T. I p. 407 et Avrivillii *Cat.* p. 134.

106 * *Proverbia* heb. et lat. 8. *Basileae* an. 1520.

Cum praefatione Conradi Pellicani et cura Munsteri, qui et *Epitome heb. gramm.* ad calc. adjecit. Sub fin. utriusque libri, et in titulo ipso postremi legitur „ Basileae apud Jo. Frobenium mense augusto an. MDXX.

107 *Oratio dominica*, *Angelica salutatio*, *Salve regina* heb. Matthaeo Adriano interprete in Jo. Boeschenstein *Introd. utilissima hebraice legere cupientibus* 4. *Aug. Vind.* 1520.

In officina Sigism. Grimm ac Marci Wirsung. Masch. T. II p. 17.

108 * *Oratio dom.*, *Ang. salutatio*, *Salve regina* heb. Adriano interprete in *Introd. utilissima* etc. 8. *Basil.* 1520.

Apud Froben. idibus martiis. Notat Maschius recusam hic Boeschenstein *Introductionem*, sed Frobenius ad calc. testatur „ brevem illam introductiunculam, quam Aldus olim Venetiis edidit, typis nostris excusam exhibemus „.

109 * *Pentateuchus cum Targ.* et *Comm.* R. Sal. Jarchì ac Mosis Nachmanidis fol. *Thessal.* 281, C. 1520.

Laudantur ad calc. nomina eorum qui confirmarunt manus artificum, seu impensas operis suppeditarunt, R. Abr. ben Jaisc et R. Sal. Abarbalia, tum nomen correctoris Joseph fil. R. Abr. ben Alnakva, deinde subditur: „ Fuitque finis ejus die 1 mensis chislev anno עו״רה *exurge gloria mea* Thessalonicae quae est sub dom. sult. Solimani „. Solimani aetas qui regnare coepit an. 1520, cogit nos litteram ה de unitatibus atque integrum vocabulum עורה de minori supputatione 281 interpretari, ut recte olim feci *De typ. heb. Ferrar.* p. 49,

et in litteris ad cl. Maschium datis, ex quibus is hanc editionem retulit T. I p. 121, non de millenariis et de majori supp. ab O. C. 5276, Ch. 1516, ut ex usu et exemplis aliarum editionum deinceps conjeci in *Append. ad bibl. Masch.* p. 34. Nec tamen ad an. nostrum 1521 referenda est editio, ut tunc retulimus, quia mensis ille chislev, quo absoluta est, cadit in nov. nostrum anni 1520. Explicit autem acrostico quodam carmine, quod typographi nomen nobis pandit, don Jehudae ben Ghedaliae ac filiorum ejus, in initialibus vero nomen poetae Abr. fil. R. Isaaci Aramae. Unica editio Gen. III 7 in tuenda plur. lect. עלי, quam habent Sam. T., versiones omnes antiquae ac non pauci codices mss. V. *Var. Lectiones* ad h. l.

110 R. Joseph Albo ס׳ עקרים *Sefer ikkarìm*, *Liber fundamentorum*, fol. *Thessal.* an. 281, Ch. 1520.

Die IV chislev, seu in. nov. an. 1520, non an. 1521, ut habet Wolfius. Vidi apud Judaeos et extat in bibl. Oppenheimeri.

MDXXI

111 R. Simeonis ילקוט שמעוני *Jalkùt Simhonì*, *Pera Simeonis* fol. *Thessal.* an. 281, Ch. 1521.

Apud Mosem Soncinatem in aedibus Jeh. Ghedaliae. Wolf. T. I pag. 1130, et III p. 1138 qui notat ab aliis, computato ה, ad 1526 referri. Ad an. nostrum refert etiam *Catal.* Oppenh. fol. 17 b.

112 R. Isaaci Alphesi opus אלפסי *Alphesì cum observ.* Rascì et aliorum, *Piskè* R. Mordechai et R. Ascer, et *Constitutionibus parvis*, fol. 3. voll. *Ven.* an. 281, Ch. 1521.

Et 282, Ch. 1522 ap. Bomberg. an. I Antonii Grimani. V. Wolfium T. III pag. 570.

113 R. Josephi Albo ס׳ עקרים *Liber ikkarim* 4. *Ven.* 281, C. 1521.

Per Bombergum. Falso asserit Buxtorfius *Bibl. rabb.*, p. 162 esse primam editionem. Binae praecesserunt, Sonc. 1485 et Thessal. 1520.

114 * *Biblia hebr.* 4. *Venet.* an. 281, Ch. 1521.

„ Secunda editio per fratres filios Baruchi Adel-kind curata mense ellul an. 281 nomine Dan. Bombergi et in domo ejus „, ut legitur in fine. V. Masch. T. I p. 19 et *Append.* nostram p. 37.

115 *Abdias propheta* heb. 4. *Witembergae* an. 1521.

In aed. J. Gruneb. cura Aurogalli. Maschius T. I pag. 82 et *Bibliotheca Lorck.* pag. 18.

116 * *Precatio ad Virginem*, *Confessio Judaeorum et Psal. XIX heb. l.* cura Boschenstain 4. *Aug. Vind.* 1521.

117 Aben Ezrae *Comm. in decalogum* heb. l. 4. *Basil.* 1521.

Apud Frobenium cura Munsteri. Wolf. T. III p. 48.

118 R. Joseph fil. Jescuae שארית יוסף *Sceerìd Josèf*, *Reliquiae Josephi*. Accedit R. Eliezeris fil. Hircani ארחות חיים *Orcòth chaìm*, *Viae vitae*, 8. *Thessal.* an. 281, Ch. 1521.

Apud Jos. ben Isaac Jabetz. Wolf. T. I p. 540 et *Catal.* Oppenh. f. 44.

119 Anon. שחיטות בשירים *Sechitòth bescirìm*, *Mactationes poeticae*, 8. *Thessal.* 281, Ch. 1521.

Alphabetice. *Catal.* Oppenh. f. 45.

120 * R. Abr. Bibago דרך אמונה *Dèrech emunà*, *Via fidei* fol. sine l., sed *CPoli* an. 282, 1521.

Mense chesvan ej. anni, qui octobri nostro respondet an. 1521, non 1522, ut habet Bartolocc. ac Wolf.

121 *Psalterium* hebr. 24. *Venet.* an. 282, Ch. 1521.

Le Longius ac Maschius referunt ad 1522. Sed recte Wolfius notat T. IV p. 143 hebr. aeram ex christiana esse dimetiendam quam continet praefixa Bombergii epistola ad Reuchlinum quae data est nono kal. octobr. MDXXI, et respondet mensi tisrì novi an. judaici 282.

MDXXII

122 * *Pentateuchus heb. cum Targum* et *Comm.* R. Salom. Jarchì, R. Mosis Nachmanidis et R. Abr. Aben Ezrae. Accedunt *Aphtaròth cum Com.* Jarchì et R. Dav. Kimchì et *Meghillòth cum Comm.* Jarchì et Aben Ezrae, fol. max. *CPoli* 5282, C. 1522.

Summae raritatis editio, le Longio ac Wolfio ignotissima et a nobis olim detecta, quae ad calc. in heb. carmine R. Josephi fil. Joelis Bivasc absoluta dicitur CPoli an. הר״פב 5282 initio mensis sivan per Samuelem ben David Nachmias correctore R. Abr. ben Paradis ac promotoribus R. Mose Selimi et R. Josepho Alnakva. De ea Maschius ex nostris litteris T. I p. 119 et nos *De ignotis sacr. text. edit.* pag. 19.

123 Miscnae *Ordo* זרעים *zerahìm de seminibus*, *cum Com.* Maimonidis, et Rascì, fol. *Ven.* 282, Ch. 1522.

Per Bomberg. *Catal.* Oppenheim. fol. 29 b.

124 R. Mosis Kotzensis ס׳ מצוות גדול *Sefer mitzvvòth gadòl*, *Liber praeceptor. magnus*, f. *Ven.* 282, Ch. 1522.

„ Die I mensis adar secundi per fratres filios Adel-kind Patavini nomine Dan. Bombergii et in domo ejus „, ut habetur in fine. Perperam ut primariam editionem venditat Bartoloccius T. IV p. 78.

125 * *Psalterium cum Comm.* R. Dav. Kimchì et R. Josephi Chivàn fol. *Thessal.* an. 5282, Ch. 1522.

In titulo: „ Impressus (liber) Thessalonicae in domo don Jehudae ex familia Ghedaliae an. הר״פב a creatione, qui est an. II regni domini nostri regis sultani Solimani „. V. *Append.* nostr. ad Masch. p. 37. Congruit in locis non paucis cum antiquioribus editionibus, ac fere unica est, quae Psal. IX 21 pro מורה *doctorem* habeat מורא *timorem*, quam lectionem praeter Aquilam et Theodotionem in *Psalterio syro-hexaplari* codicis Ambrosiani, nuper cl. Bugati cura diligenter excuso ac propediem prodituro, servat etiam V editio. ܣܝܡ . ܕܚܠܬܐ . Syrus ipse hexapl. ܣܐܡ ܢܡܘܣܐ *latorem legis* ut LXX. Exemplar quod possidemus, est membranaceum.

126 * *Proverbia heb. cum Comm. Kav venakì* f. *Thessal.* 282, C. 1522.

Explicit editio sine ulla epigraphe, at vero non modo forma, character, ac notae omnes congruunt cum praecedenti, sed et folia ipsa sequuntur vel continuant ejus numeros, unde II folium exhibet num. 220, et absolvitur num. 262, ut monuimus in *Append. ad Masch.* p. 38. Habenda ergo tamquam Psalterii Appendix.

Exemplar nostrum itidem membrana excusum.

127 R. Isaaci Aramae עקידת יצחק *Akidad Itzchàk*, *Ligatio Isaaci*, fol. *Thessal.* 282, Ch. 1522.

Per Jos. et Eliez. Darli. Extat in Oppenheim. et Romae in bibl. coll Romani.

128 R. Mosis Maimonidis אגרות *Igheroth*, *Epistolae* in-folio *CPoli* an. 282, Ch. 1522.

Bartolocc. et ex eo Wolfius T. I p. 862 cum aliis opusculis.

129 * R. Tanchumà bar Abbà מדרש תנחומה *Medras Tanchumà*, vel ילמדנו *Jelammedenu*, in-folio *CPoli* an. 5282, Ch. 1522.

Praecedit titulus folio separato pag. versa, in quo dicitur liber „ impressus CPoli sub sult. Selim per Salom. ben Mazal Tov die VII adar an. פר"ה, seu 5280 „, Ch. 1520. Epigraphe vero ad calc. posita monet absolutum promotore seu sumptus faciente R. Joseph ben Susan die XXI mensis adar primi anno ab O. C. 5282 CPoli sub sultano Solimano „. Subscribunt typographus Salom. ben Mazal Tov et corrector operis Moses fil. Maimon de Chaviv. In hebr. verbis שנת פרה ורבה כפרט קטן, quibus prior illa tituli aera indicatur, bini subsunt gravissimi errores. Primo enim pro פרח legendum est פרה per he, ut patet ex sacro ipso textu, qui ad anni indicationem assumitur ex Gen. XXXV 11 פרה ורבה *Cresce et multiplicare*, deinde vero pro כפרט קטן *juxta minorem computum* legendum ליצירה *a creatione*, ut Selimi aetas manifeste evincit, qui obiit an. 1520. Itaque nec anno 288, ut fert mendosa lectio, vel 1528 facta seu coepta est editio, nec an. 285, Ch. 1525, ut habet subjecta falsa supputatio, quo non amplius Selimus sed Solimanus imperabat. Corrigendi ergo Buxtorfius et Wolfius qui mendosae illi lectioni innixi nostram hanc editionem ad an. 1528 amandarunt.

130 R. Jacobi ben Ascèr ארבע טורים *Arbàh turim*, *IV Ordines*, 4. *Ven.* 282, Ch. 1522.

Per Bomberg. Ordo *Even ahèzer* est an. 283, seu 1523.

131 * R. Joseph Albo ס' עקרים *Liber ikkarìm* 4. *Arim.* 282, Ch. 1522.

Per Gers. Sonc. plag. 37. Meum exemplar nomen Soncinatis tantum sub fin. exhibet, sed titulo caret, ubi an. et locus extat. Ad eum namque annum constanter referunt Wolf. T. I p. 503, T. III p. 381, *Catal. Bodlej.* p. 15, *Catal.* Oppenh. f. 35.

132 סד' תפלות *Siddur tefilòth*, *Ordo precum cum Comm.* 8. *Mant.* 282, Ch. 1522.

Catal. Oppen. fol. 59 pag. versa.

133 *Proverbia Cant. Ecclesiastes* heb. 24. *Ven.* 282, Ch. 1522.

Apud Bombergium qui et latinam ad Reuchl. epistolam praemisit. V. Wolf. T. IV p. 143.

MDXXIII

134 R. Abr. Sebà צרור המור *Tzeròr ammòr*, *Fasciculus myrrhae* fol. *Venet.* apud Bomberg. typis quadr. an. 283, Ch. 1523.

135 R. Salom. fil. Eliakim Panzi מסורת התלמוד *Masored attalmud*, *Masora talmudica* f. *Thess.* 283, C. 1523.

„ Impressa in domo illustris senis don Jehudae ex famil. Ghedaliae an.

ור"ע 283 qui est annus III sult. Solimani ». Ita in titulo exempli quod contuli. Scabiaeus pag. 45 et Wolf. T. II p. 1357 ajunt CPoli excusum, sed hic typographus Thessalonicae, ut vidimus, non CPoli imprimebat. Wolfius inter anonymos enumerat, sed Scabiaeus et *Seder adoròth* R. Salomoni Panzi tribuunt.

136 * R. Josuae aben Sohev דרשות *Derascòth*, *Conciones in Pentat.* fol. *CPoli* an. 5283, Ch. 1523.

Die XII mensis adar ejus anni regnante sult. Solimano per Sal. ben Mazal Tov correctore Mose Chaviv. Wolfius testatur T. III p. 348 se in Oppenh. exemplari legisse olim רפ"ב 282, sed ב obscurius fuisse expressum, sicque legit ej. bibl. *Catal.* fol. 9 b. Meum exemplar habet quidem et ipsum eam litteram male excusam et imperfectam, sed ex ductibus ac vestigiis ea est proculdubio ג, et ed. aera הרפ"ג 5283 seu 1523. Est enim subtilior ac minus protracta, contra ב crassior ac prominentior. Extat autem ea littera ac necessario legenda, ac propterea pejus idem Wolfius mutata sententia editionem ad 280 seu 1520 refert cit. l., ut inepte antea T. I p. 466 ad an. 262 seu 1502 retulerat.

137 R. Aaron de domo Levi ס' חנוך *Liber chinùch*, vel *Institutionis* 4. maj. *Ven.* Bomberg. an. 283, Ch. 1523.

138 * R. Menachem Rekanati *Comm. in Pent.* 4. maj. *Ven.* Bomberg. 283, Ch. 1523.

139 R. Sal. ben Adered חדושים *Chidduscim* seu *Novellae expositiones in Beracòth*, *Colin et Ghittìn* 4. maj. *Ven.* an. 283, Ch. 1523.

Apud Bomberg. Habet etiam Nachmanidis *Chidduscìm in Bavà batrà*, et constat fol. 133.

140 R. Barùch fil. Isaaci de Garmiza vel Wormatia *Liber* התרומה *Terumà*, seu *Elevationis* 4. *Venet.* 5283, Ch. 1523.

Plagulis 36 apud Bomb. Ad calc. » Fuitque finis ejus feria VI die XXVI mensis nissan an. 5283 », qui mendose subditur esse min. supp.

141 R. Jacobi Veil שו"ת *Quaesita et responsa* 4. *Ven.* Bomberg. 283, Ch. 1523.

142 R. Mosis Nachmanidis שו"ת *Quaesita et responsa* 4. *Ven.* Bomb. 283, Ch. 1523.

143 R. Abr. de Balmes מקנה אברהם *Miknè Avraàm*, *Peculium Abrahae* heb. lat. 4. *Ven.* 1523.

In domo Bomb. Ad calc. subjicitur R. Kalonymi *Tract. de accentibus.* Addit le Longius hoc eod. anno seorsim hebraice solum prodiisse. Falsum quod ad h. lib. notat Bartoloccius T. I pag. 34 Bombergium an. 1511 coepisse heb. libros cudere.

144 *Psalter.* heb. 16. *Basil.* 1523.

In aedibus Jo. Frobenii mense martio. Accedunt ad calc. *Decem praecepta Dei ex XX cap. libri Exodi.* Iterata edit. praec. 1516. Masch. T. I p. 85.

145 *Psalterium* heb. lat. Vulg. 12. *Moguntiae* 1523.

Perrara editio quae extat in bibl. Leidensi. Wolf. T. IV p. 144.

146 * R. Isaaci Nathan מאיר נתיב *Meìr nediv*, *Illuminans viam*, seu *Concordantiae heb. bibl.* fol. maj. *Ven.* an. 284, Ch. 1523.

» Cecidítque finis ejus in diem XXVI mensis tisrì an. min. supp. 284 »,

seu in iu. octobr. an. Chr. 1523. Ita 284 ad calc., et in fronte, non 283, ut habet Buxtorfius in praef. ad *Concord. heb.* ac Wolfius T. III pag. 607, et 1523, non 1524, ut habet idem Wolfius T. I pag. 681. Utrobique autem facta dicitur ex mandato Bombergii.

MDXXIV

147 R. Mosis Maimonidis יד חזקה *Jad chazakà*, *Manus fortis cum Com.* fol. maj. 2. voll. *Ven.* 284, C. 1524.

Primum vol. praesefert in tit. an. 282, seu 1522, quo coepta est editio ap. Dan. Bomberg. cura R. Dav. Pizzighetton et Jacobi ben Chaiim. Ea instructa est *Commentariis Migdal hòz*, et *Maghid miscnè*, et *Animadversionibus* R. Abr. ben Diòr.

148 * *Pentateuchus cum Targ.* et *Comm.* R. Sal. Jarchì et R. Ezechiae fil. Manòach sub tit. *Chazkuni*. Accedunt *V Meghillòth cum Comm.* ej. Jarchì et Aben Ezrae, et *Aphtaròth* fol. *Ven.* 284, Ch. 1524.

Per manum Dan. Bombergii. Singula haec annuntiat titulus et continet editio. Sed le Longius pag. 72, eumque secuti Maittairius ad h. an., Wolfius T. II p. 386, et Maschius T. I pag. 121 imperfecte adeo eam describunt, ut pleraque omittant. Omittunt enim Targum, Maschio excepto qui illud addit, Comm. Jarchì, V Meghillòth et binos in eas Commentarios, et Aphtaròth, contra addunt *notas* Baal turim, seu R. Jacobi ben Ascer, quarum nullum vestigium. Nisi alia prorsus hujus anni extet Bombergii editio Pentat. cum solo Ezechiae fil. Manoae Commentario et illis notis, quod parum verisimile.

149 R. Josè *Seder olàm rabbà*, *Chronicon mundi majus cum lat. vers.* Munsteri 4. *Basil.* 1524.

Buxtorfius p. 149, et Bartoloccius T. III p. 794. De ea tamen dubitat Wolfius T. I p. 489 in notis.

150 Anon. בגידת הזמן *Beghidad azeman*, *Perfidia temporis* 8. *Pragae* 284, Ch. 1524.

Scabtaeus p. 12, et ex eo *Seder adoròth*, Grodeckius ac Wolfius T. II pag. 1266.

151 * *Proverbia heb. cum lat. vers.* et *annotat.* Munsteri 8. *Basil.* apud Frobenium 1524.

152 * *Jonas propheta in quatuor linguis* graec. lat. heb. chald. 8. *Basil.* 1524.

Eruitur hic annus et locus ex Munsteri *Institutionibus in heb. l.* hoc an. ib. editis in officina Frobeniana, ad quarum calcem Jonas tetraglottus editus.

153 *Threni* hebr.. Accedit *Dan. cap. IX* 8. *Witteb.* 1524.

Cum praef. Melanchtonis. Wolf. T. II pag. 411.

154 *Siddur tefilòth*, *Ordo precum totius anni rit. hisp.* 12. *Ven.* 284, Ch. 1524.

Opera Cornelii Adel-kind in domo Bombergii. Ad calc. additae XII Parasciòth, et XVIII Apht. festorum. V. *Append. ad Masch.* p. 38.

155 * *Psalt.* heb. 16. *Ven.* 284, Ch. 1524.

Ita in fronte » Impressum tertio magno studio per Dan. Bombergium an. 284 ». Sed ad calc. » Impressum tertio per fratres filios Baruchi

Adel-kind nomine Dan. Bombergii et in domo ejus anno 285 », Ch. 1525. V *Append. ad Masch.* cit. l.

156 * *Proverbia*, *Canticum Cantic. et Ecclesiastes* heb. 16. *Ven.* 284, Ch. 1524.

Dicuntur in titulo secundo impressi per Dan. Bombergium, qui ad calc. eandem latinam ad Reuchlinum epistolam subjecit, quam primae edit. 1522 inseruerat, anno tantum mutato. Continuantur signat. plag. Psalt.

MDXXV

157 * *Biblia heb. cum Targum ac variis* rabbinorum *Commentariis*, in-folio IV voll. *Venet.* anno 285, 286, Ch. 1524, 1525.

Jarchii videlicet in Pent. Proph. Psal. Megh. Esd. Neh. Paral., Aben Ezrae in Pent. Isai. XII minores Psal. Prov. Job. Megh. Dan. Esd. Neh., Kimchii in Proph. prior. Jerem. Ezech., Gersonidis in Proph. prior. Prov. Job, Saadiae in Dan., quibus subjiciuntur Masora magna, Variae lectiones ben Ascèr et ben Nephtalì, orientalium et occid., Jacobi ben Chaiim liber de punctis, et sectio de accentibus. Masora minor textum comitatur. Sectio de accentibus substituta est libello Aaronis ben Ascer, quem male inter hujus operis contenta enumerat le Longius. Primum volumen aeram quidem exhibet 5285, sed ea quaerenda in poemate R. Josephi fil. Sam. Galli, quod extat pagina tituli aversa. In titulo secundi dicitur factum operis initium » die XXV mensis chislev an. 285 min. supp. », idest sub fin. nov. vel in. dec. an. nostri 1524, non 1525, ut habent le Longius ac Maschius. In IV vero vol. sub fin. Paralip. dicitur finitum » die XXIV mensis tisrì an. min. supp. 286 », idest sub in. octob. an. nostri 1525, non septemb. 1526, ut habet idem le Longius, Maschius, Wolfius aliique bibliographi. Quod antea monueram in *Var. Lect. V. T.* T. I pag. CXL. Clarius id monet R. Eliae Lev. carmen, quo idem vol. explicit: » Finis editionis contigit anno 286 mense qui dicitur tisrì, mense vero octobri an. 1525 nativitatis Jesu ». Ac paullo post, seu postremis versibus: » Coeptum est (opus) Christianorum aerae anno 1524, anno vero 286 absolutum min. supput. ab O. C. mensis tisrì die XXIV ». Editor ac promotor Bombergius; typographus Cornelius Adel-kind, corrector R. Jacob ben Chaiim, qui et fusam praefationem praemisit, et Masoram magnam alphabetico ordine digessit, et totum opus direxit. De insigni hac ac rarissima editione, masoreticarum omnium principe ac matre, confer. le Longius, Wolfius ac Maschius. De interna vero ejus ac critica sacri textus conditione Kennicottus *Diss. gen.* §. 60, Brunsius in notis p. 449, et *Variae* nostrae *Lect. V. T.* T. IV *Diss. prael.* pag. XII, ubi selectas singulares ac mendosas illius lectiones proferimus, ex autogr. codice nostro 319 plerumque desumptas.

158 R. Isaaci Aboab *Comm. in Pent.* 4. *CPoli* an. 285, Ch. 1525.

Extat in bibl. publ. Upsaliensi teste Benzelio et Wolfio T. III p. 537.

159 * *Biblia* heb. 4. *Ven.* 285, 288, Ch. 1525, 1528.

Pentateuchus dicitur in fronte „ tertio impressus per Dan. Bomberg. Antwerpiensem an. 285 », Prophetae vero et Agiographa ad calc. „ tertio impressa per Cornelium Adel-kind mense adar an. 288 in domo Bombergii „. Utroque ergo volumine unica constituitur tertia Bibliorum editio. Hinc errat Knochius qui anno 1525 putat excusa integra Biblia, errat le Long, qui contendit anno 1528 recusum Pentateuchum. Neutra integra editio ullibi extat. Quae prostant exempla, utramque illam aeram exhibent. Ejusmodi est Ungerianum quod in Wolfii manus devenit. V. Wolf. T. IV pag. 110. Ejusmodi illud quod contulit Carpzovius. V. ej. *Crit. sacr.* pag. 421. Ejusmodi Lorkianum. V. Adler ***Biblioth. bibl. Würtenb. ducis***, ***olim Lorkiana*** pag. 18. Nostrum aliter divisum et compactum est. Etenim Pentateuchus an. 1525 junctus est Prophetis et Agiograph. an. 1521, Prophetae vero et Agiogr. 1528 juncta sunt Pentateucho an. 1533. Adeo enim in omnibus, etiam in numeris, congruunt omnes hae editiones, ut commode jungi possint. Wolfius conjicit totum opus prodiisse an. 1525, nec nisi typogr. vitio legi in alt. vol. 1528. Maschius temporis intervallum et moram, quae reapse valde facessit, conciliare nititur T. I p. 21, dicens ob Biblia rabb. quae coepta sunt anno 1525, opus esse sepositum, ac demum an. 1528, illis finitis, resumptum. Sed fallitur. Biblia rabb. coepta sunt, ut vidimus, an. 1524 et absoluta an. 1525. Optime ergo Bombergius editionem poterat continuare, multaque alia ante 1528 edidit, quae, ut continuaret, omittere poterat, vel diferre. Inter quae, quod mirum, novus Pentateuchus reperitur an. 1527. Ac frustra tandem id de Bombergio assumitur, vel asseritur, qui paullo ante uno eodemque anno 1517 binas diversas Bibliorum editiones, solius textus et cum rabbin. commentariis, commodissime ediderat. Quod si error ullus typographicus admittendus est, quare is potius in Pentat. aera non admittitur et ad an. 1528 amandatur editio ob hanc eandem caussam quod rabbinicis Bibliis typographus detineretur? Verisimilius ego opinor Bombergium exemplorum defectui ac necessitati, ut saepe faciunt typographi, consuluisse, ac deficientibus primum exemplaribus Pent. an. 1521, quorum maximus ac tritissimus est Hebraeorum usus, eum primum praelo subjecisse anno 1525, deficientibus deinde Prophetis et Agiographis, triennio post, ut temporis ratio ferebat, eos recudisse. Exempla ipsa quae supersunt, in quibus Prophetis et Agiographis an. 1521 additus vel suppletus est Pentat. anni 1525, quale hoc nostrum est, conjecturam hanc nostram confirmant. Sequitur editio singulares lectiones Bibliorum rabb. hujus anni a Jacobo Chaimo invectas, insignique, si Carpzovio ac Maschio credimus, laborat columnarum transpositione a Jer. V ad XVII, quae tamen in meo hoc pulcherrimo ac pretioso exemplari abest.

160 * תפלות *Tephilòth*, *Preces totius anni cum var. Comm. et Pirkè avòth* seu *Capitulis patrum cum Com.*

R. David Kimchì 4. min. *Tridini* an. 285, Ch. 1525.

Membranaceum ignotissimae hujus summaeque raritatis editionis apud nos extat exemplar. Dicitur in fronte facta „ per manum Nathanaelis fil. R. Peretz Chelpàn fel. mem. an. רפ"ה 285 hic Tridini „, ac subditur ad calc. curatam „ sub dominio domini nostri marchionis Bonifacii de Monteferrato... Ego Jacob fil. dom. Avigadìl levitae oriundi ex Patavio excudi hunc librum precum nomine Nathanaelis Chelpàn et in domo ejus „. Unicus, ut videtur, liber hebr. in ea urbe impressus. Kimchiani *Comm. in Pirkè avòth* nulla in Wolfio ceterisque bibliographis vestigia.

161 *Canticum cantic.* heb. cum lat. *vers.* et *annot.* Munsteri 8. *Basil.* Froben. 1525.

162 * *Ecclesiastes* heb. cum *vers.* lat. et *annot.* Munsteri 8. *Basil.* ap. Jo. Frob. mense majo an. 1525.

163 * *Daniel* heb. 8. *Wittembergae* anno 1525.

III idus aprilis ad calc. *Compendii heb. chaldeaeque gram.* Matth. Aurigalli.

164 *Daniel* heb. 8. *Basil.* 285, Ch. 1525.

Catal. Oppenh. fol. 51 et ex eo Masch. in *App.* pag. 15.

165 R. Scem Tov ben Palkira אגרת הויכוח *Ighered avicùach*, *Epistola disputatoria*, 8. *Pragae* 285, Ch. 1525.

Plantav. *Bibl. rabb.* p. 549, et Wolf. T. I p. 1125, sed mendose uterq; 1515.

MDXXVI

166 R. Mosis Albelda עולת תמיד *Olàth tamìd*, *Holocaustum juge*, fol. *Ven.* 286, Ch. 1526.

Buxtorfius *Bibl. rabb.* pag. 159, isque solus. Ceteri omnes solam afferunt ed. Ven. 361, Ch. 1601, ex qua forte nostra haec enata.

167 R. Isaaci Abarbanelis משמיע ישועה *Mascmìah jescuàh*, *Praeco salutis*, fol. sine loco, sed *Thessalonicae*, an. 286, Ch. 1526.

Apud don Jehudà de domo Ghedaliae. Bartolocc. T. III p. 879, et *Catal. bibl. Barberinae* p. 2. Typographus ille imprimebat Thessalonicae, ubi idcirco prodiit nostra editio, non Neapoli, ut putat Scabtaeus, nec CPoli, ut Majus.

168 R. Bechai *Comm. in Pentat.* in-folio *Arimini* anno 284, 286, Ch. 1524, 1526.

» Quinta, ut monet titulus, editio, curata per typographum ex filiis Soncini, seu Soncinatem, et coepta Arimini die III mensis ellul an. כג"ן רו"ה 284 ». In fine dicitur » absoluta sub fin. mensis tebeth an. min. supp. פר"ו 286 ». Typographus ille est Gerson Soncinas, cujus nomen produnt ad calc. verba הלא הוא יגר־שמו בישראל. Primam illam aeram sequuntur Scabtaeus et Wolfius T. III p. 142, qui an. 284 seu 1524 huic editioni assignant, posteriorem Bartoloccius qui ad an. 286 seu 1526 retulit.

169 * R. Jacob Lando ס' אגור *Sefer agur*, *Liber collectus* 4. sine loco, sed *Arimini*, an. tertio Clem. VII, seu 1526.

» Impressus secundo per man. minimi typogr. et disc. ex Soncinatibus anno III domini nostri papae Clementis VII », idest per Gersonem Soncinatem qui hoc anno Arimini im-

primebat, an. 1526. Hinc male Wolfius CPoli, Plantavitius Soncino, Bartoloccius Bononiae eam assignant.

170 R. Eliae Misrachì תוספות *Tosephòth* seu *Additamenta* super סמ"ג *Samag*, vel *Librum magn. praeceptorum*, 4. *CPoli* 286, Ch. 1526.

Wolfius T. III pag. 102 et *Catal.* Oppenh. fol. 48 b.

171 R. Salom. ben Mazal Tov *Conciones in Pent.* 4. *CPoli* 286, C. 1526.

Wolf. T. III p. 1051, sed male habito tamquam libri auctore, qui erat tantum typographus et editor. Forte sunt R. Jos. aben Sohev.

172 *Jotzeròth omnium sabbatorum* 4. *Pragae* an. 286, Ch. 1526.

Catal. Oppenh. fol. 17.

173 R. Machir אבקת רוכל *Avkàd rochèl*, *Pulvis aromatarii*, 4. *Arimini* 286, Ch. 1526.

Per Soncinates an. עו"רי, anno III Clementis VII, non IV, ut mendose habet Wolfius T. III pag. 683. Est secunda editio, 13 constans foliis, quae in biblioth. extat acad. Upsaliensi, sed male Soncino in ej. *Catal.* tribuitur, ut male an. 266 seu 1506 tribuit Wolfius T. I p. 761.

174 R. David aben Jachia לשון לימודים *Lescòn limudìm* 4. *CPoli* an. 286, Ch. 1526.

Catal. Oppenh. fol. 21 b, et quidem duplici prolato exemplari, quorum primum ait esse cum observationibus R. Manoàch Hendel. Mss. ut opinor, quia ejus aetas serior est nec apte congrueret cum aera editionis. V. Wolf. T. III pag. 683. De hac edit. silent bibliographi.

175 Alphonsi de Zamora אגרת *Ighered*, seu *Epistola contra Judaeos* heb. cum lat. *vers.* interlin. 8. *Compluti* anno 1526.

Extat ad calc. *Introductionum artis gram. heb.* ej. auctoris, et absoluta est typis Michaelis de Eguia die 1 maji. Ea punctis instruitur, et in titulo, ut ex doctissimi Thomae Masini Valpergae, qui eam possidet, litteris intelligo, dicitur ab auctore missa ממלכות ספרד אל היהודים במדינת רומה *ex Hispaniae regno ad Judaeos Romanos*. Editio plenior et accuratior est ea, quae reperitur T. VI Polygl. Complutensium inepteque a le Longio, Calmeto ac Wolfio cum Pauli *Epist. ad hebraeos* confunditur. Diligenter etiam describitur a Rodriguez de Castro in *Bibl. rabb. hisp.* T. I pag. 399.

MDXXVII

176 R. Eliae Misrachì *Comm. in Pent.* fol. *Ven.* 287, Ch. 1527.

Per Cornelium fil. Baruch Adelkind in domo Bombergii cura R. Mosis fil. Chaiim Alton.

177 הגדה של פסח *Agadà paschatis* fol. *Pragae* an. 287, Ch. 1527.

Apud Gersonem Coèn charactere quadr. maj. germ. cum fig. Ad calc. » Hic in illustri synag. Pragae .... Absolutum porro est opus feria 1 die XXVI mensis tebeth an. עז"רי 287 ». Vix memorat Wolfius T. II p. 1285. Nos uberiorem notitiam ex exempl. quod servatur in biblioth. publ. Taurinensi, humanitati debemus cl. Thomae Valpergae.

178 Sebast. Munsteri חכמת המזלות seu *Kalendarium hebraeum ex Hebraeorum penetralibus* 4. *Basil.* apud Froben. 1527.

Varia hic occurrunt opuscula heb. et lat., videlicet *Seder olam zutà*, Munsteri *Tract. de anno et mensibus*, anon. Judaei *Liber de inveniendis neomeniis et aequinoctiis*, *Computatio mediarum conjunctionum et de neomeniis*, *De translationibus et fixionibus*, hebraice vero R. Nachson עבור קצוב *Canones festivitatum*. V. Wolf. T. II pag. 1302.

179 *Machazor* seu *Breviarium jud. precum totius anni* 4. *Thessalon.* an. 287, Ch. 1527.

Per Mosem Soncinatem. Ad calc. dicitur » absolutum vespere jejunii celebratissimi an. עז"רי 287 hic Thessalonicae ». Ignota ac rarissima editio, quam vidi apud Judaeos Vercellenses.

180 *Selecta loca targumica* in Munsteri *Gram. chald.* p. 142 4. *Basil.* anno 1527.

181 R. Eliae Levitae פרקי *Pirkè* seu *Capitula* 8. *Pisauri* anno 287, Ch. 1527.

Per Soncin. an. פז"ר. Bartol. T. I p. 139 et Wolf. T. I p. 158. Eandem cum nostra hac putat Wolfius T. III pag. 100 editionem nec loco nec anno insignitam quam viderat, in cujus titulo monebatur librum primo editum an. פ"ר seu 1520. Eadem proculdubio est cum ea quam in 4., videl. min., anni רפו 286 seu 1526 citat *Catal.* Oppenh. fol. 34 b.

182 * *Pentateuch. heb. cum Targ. V Megh. et Aphtar.* 8. *Venet.* anno 287, Ch. 1527.

» Excusus opera Cornel. filii Baruch Adel-kind anno 287 in domo principis Dan. Bombergii ». Aphtaròth omittunt le Longius, Wolfius, Maittairius, ac Maschius. V. *Append.* ad Masch. p. 39.

183 *Pent. heb. cum V Megh.* 8. *Ven.* Bomb. 287, Ch. 1527.

Hanc editionem ut a praeced. diversam ac separatam sine Targum proferunt le Long, Maittaire et Maschius. Wolfius omisit, quod ei forte dubia et eadem cum superiori videretur. Sed solent Hebraei binas Pent. editiones, cum Targum et sine Targ., uno eodemque tempore curare. Verisimile ergo est seorsim editum, sed non verisimile in eo Aphtaròth deesse, de quibus illi auctores silent.

184 *Decalogus* heb. cum *Comm.* Aben Ezrae et lat. *vers.* Munsteri 8. *Basil.* anno 1527.

Ex offic. Froben. Bartolocc. T. I pag. 38, *Catal. Baumgart.* pag. 39, Masch. T. I pag. 161, *Biblioth. bibl. Lorck.* pag. 33.

185 R. Mosis Kimchì דקדוק *Gram. heb.* cum lat. *vers.* Munsteri 8. *Basil.* anno 1527.

Plantav. pag. 590 et Wolf. T. III pag. 810.

186 R. Simeonis הגיון *Higajòn*, *Logica* cum lat. *vers.* Munsteri 8. *Basil.* anno 1527.

Per Froben. Buxtorf. p. 64, Plantav. p. 565, Wolf. T. I p. 863 et III p. 787. Est R. Mosis Maimonidis, et ex vers. R. Mosis fil. Sam. aben Tibbon, maleque R. Simeoni tribuit Munsterus.

187 R. Eliae Levitae פרקי *Pirkè* seu *Capitula Eliae* heb. lat. ex vers. Munsteri 8. *Basil.* Frob. 1527.

Bartolocc. T. I p. 139, Long p. 1172, Wolf. T. I p. 158, Koecherus *Nova biblioth. heb.* T. I p. 23.

188 * *Job et Daniel* seu *Agiographa* heb. 16. *Ven.* 287, C. 1527. » Impressus per Corn. fil. Baruch Adel-kind in domo Dan. Bombergii mense av an. 287 ». Ex sign. 30, quae extat 1 folio, constat vel integra Agiographa, vel saltem praecedentes eorum libros hoc anno prodiisse. V. *Append. ad Masch.* p. 39.

MDXXVIII

189 Miscnae Ordo קדשים et טהרות, *Kodascìm et Tooròth*, seu *Sanctitatum et Purificationum* in-folio *Ven.* anno 288, Ch. 1528.

Per Bomb. *Cat.* Oppenh. fol. 29 b.

190 *Precationes selectae ex Bibliis*, lat. graec. heb. 12. *Lugd.* apud Seb. Gryphium an. 1528.

De Prophetis et Agiographis hoc an. Venet. edit. V. supra ad an. 1525.

MDXXIX

191 R. David Kimchì *Liber scarascìm* vel *radicum* fol. *Ven.* Bomb. an. 5289, Ch. 1529.

192 סליחות *Selicòth juxta rit. Polon.* fol. *Pragae* an. 289, Ch. 1529.

Catal. Oppenh. fol. 32 b.

193 R. Salom. Malcù דרשות *Derascòth*, *Conciones in Pent.* 4. *Thessal.* an. 289, Ch. 1529.

An. טרף per Joseph. Sid et Eliam Riko. V. Wolf. T. III pag. 1059, Biscion. *Bibl. heb. Flor.* p. 398, et *Catal.* Oppenh. fol. 9 b.

194 R. Aaron fil. Josephi Karaei סדר התפלות כמנהג קהל הקראים *Seder attefilòth*, seu *Ordo precum juxta ritum synagogae Karaitarum*, 4. min. 2. voll. *Venet.* anno 288, 289, Ch. 1528, 1529.

In titulo dicitur » impressus ex mandato R. Josephi fil. R. Mosis Revitzi in domo Dan. Bombergii Venetiis ». Ad calc. I Partis » excusus opera Cornelii fil. Baruch Adel-kind in domo Dan. Bombergii mense adar an. 288 Venetiis ». Pars II dicitur ab eodem Adel-kindo edita an. הר"פט 5289, II vero volumen ab eodem impressum in domo ej. Bombergii et ex mandato laudati Revitzi, et absolutum mense jiar an. 288. Tantae autem raritatis est editio, ut mirum non sit aeram hanc tam diserte traditam ac ter repetitam ab omnibus quotquot vidi bibliographis, fuisse hucusque ignoratam. Mardochaeus ipse Karaeus non videtur eam praecise scivisse, aut librum vidisse. Scribit enim in *Dod Mordachai* p. 144 Venetiis editum זה קרוב למאתים שנים *annis abhinc prope ducentis*. Ex quibus verbis male hinc collegit Wolfius T. I p. 121 anno Ch. 1500 in lucem prodiisse, quum anno 1699 scriberet auctor. Nos ex exemplari, quod Mantuae olim apud R. Jacob Saraval contulimus, non modo accuratissimam et uberrimam ejus descriptionem hausimus, sed et selectas varias sacrorum voluminum vel psalmorum lectiones, Collationi nostrae dein insertas.

195 *Isaiae cap. LIII* heb. lat. in Guidacerii *Gram. heb.* 4. *Paris.* 1529.

Ap. Aegidium Gourmontium. Non dubito, quin hoc Isaiae caput quod in antiquiore edit. sine an. et l. legitur, in hac nostra retentum sit.

196 * *Septem Psalmi poenit.* heb. cum lat. *transl.* Reuchlini *et ej. Com.* 8. *Wittemb.* an. 1529.

Apud Josephum Clugum cum Reuchlini praef., ut in ed. Tubing. 1512. De ea Wolf. T. IV p. 149.

197 * R. Mosis Maimonidis שלש עשרה עקרים *Tredecim articuli fidei*, דברי הבית השני *Compendium historiarum Josephi*, et עשר גליות ישראל *Decem captivitates Judaeorum* heb. lat. per Seb. Munsterum 8. *Wormaciae* anno 1529.

Apud Petrum Schoefer mense septembri. Anonymum illud Josephi Compendium ex R. Abr. ben Dior *Libro cabbalae* excerptum est. V. Wolf. T. I p. 40.

MDXXX

198 *Pentateuchus cum V Meghil. et Aphtaroth* fol. *Olsnae* in Silesia an. 290, Ch. 1530.

Per typogr. David fil. Jonathan et Chaiim fil. David Scachor mense av. Constat german. litteris maj. et plag. 90, et dicitur in fronte » Impressus in synag. sancta Olsae sub dominio ducis Caroli ». Extabat rarissima haec editio Hamburgi ap. Joseph. Coèn et in biblior. Oppenheimeri. V. ej. *Catal.* fol. 51 b, et fuse de ea disserentem Wolf. T. II p. 386 et IV p. 123. Parum tamen accurate ait priori loco in titulo esse *cum Haphtaris quae diebus festis sunt receptae*, ac si eas solas contineret. Continet enim omnes, ut Wolfius ipse infra testatur.

199 *Pentateuchus cum V Meghil.* fol. *Cracoviae* an. 290, Ch. 1530.

Le Long p. 72, et ex eo Wolf. T. II p. 386 et Masch. T. I p. 68.

200 * *Psalterium quadruplex*, heb. graec. lat. ex dupl. *versione*, in-folio *Lugdun.* an. 1530.

Seb. Gryphius excudebat. Est Append. oper. divi Hieron., quam Masch. non noverat et omiserat, ac nos restituimus in *Appen. ad ej. bibl* p. 39.

201 R. Jac. ben Ascer יורה דעה *Jorè dehà* 4. *Cracoviae* anno 290, Ch. 1530.

Litteris rascì seu rabb. *Catal.* Oppenheim. fol. 15 b.

202 * *Psalterium sextuplex*, hebr. cum tribus lat. vers., divi Hieron., Sanctis Pagnini et Felic. Pratensis, Graec. LXX cum lat. Vulg. 8. *Lugd.* anno 1530.

Per Gryphium. Non Appendicis loco editum, ut notat Maschius, sed ex ea in min. formam redactum. V. *Append.* nostram p. 40.

203 *Joel et Malachias cum Com.* R. Dav. Kimchì 8. *Basil.* 1530.

Ap. Henr. Petri per Seb. Munster. Accedit in fine תרופה רוחנית *Medicina spiritualis*. Wolf. T. II p. 400, *Cat.* Oppenh. fol. 50 b, *Biblioth. Lorkiana* pag. 33.

204 * R. Abr. aben Ezrae יסוד מורא *Jesòd morà*, *Fundamentum timoris* 12. *CPoli* an. 5290, Ch. 1530.

Per man. R. Estrok de Tolon. Summam editionis raritatem testantur auctores non pauci. V. Clement *Bibl. cur. des livr. rar.* T. I p. 13, *Bibl. lib. rar. univ. Suppl.* vol. I pag. 5, Advocat *Diction. hist.* T. I pag. 8, *Dict. hist. par une Societé* etc. T. I pag. 19. Adde Simonium *Hist. crit. du V. T.* p. 538, et *Lettres choisies* T. I p. 84, ubi de ej. existentia dubitat. Male quidam *Jesud*.

205 * R. Abr. aben Ezrae שפה ברורה *Scafà berurà*, *Labium purum*, 12. *CPoli* an. 5290, Ch. 1530.

» Excusus hic CPoli per typogr. R. Estrok de Tolon jussu medici R. Sal. Almoli in. mensis nissan an. ab O. C. 5290 ».

206 *Siddur tefilòth*, *Ordo precum*, 16. *CPoli* an. 290, Ch. 1530.

Per Gerson. Soncin. Ignota editio, quam vidimus et contulimus Romae in biblioth. collegii Romani.

MDXXXI

207 *Pentateuchus cum Com.* Jarchì fol. 2. voll. *Pragae* 291, C. 1531.

Membr. exempl. in bibl. Oppenh. V. ej. *Catal.* fol. 51 b.

208 * *Psalter.* heb. et graec. *cum dupl. vers. lat.* fol. *Basil.* 1531.

In Frobeniana ed. operum divi Hieron. V. *Scholia* nostra *critica in V. T. lib.* p. XII.

209 R. Eliae Bescitzi אדרת אליהו *Adered Eliav*, *Pallium Eliae*, in-folio *CPoli* an. XI Solimani, idest C. 1531.

Coepit enim regnare Solimanus die XXIV septemb. an. 1520. Auctor est Karaeus, agitque liber de Karaeorum praeceptis et ritibus. De eo multi scripserunt. V. praesertim Wolf. T. I pag. 149, et in *Notitia Karaeorum* pag. 93 et 147 in notis. In fronte dicitur impressus CPoli an. XI sult. Solimani per Gersonem Soncinatem jussu Eliae fil. Mosis fil. sapientis Eliae auctoris *Adered Eliav*, seu ej. nepotis. In praef. dicitur auctor Adrianopolitanus. Ejus opus an. 257, seu 1497 supplevit R. Caleb Afendopolo illius discipulus, quum auctor an. 5250, ut ipse tradit in nova praef. seu 1490 quod hucusque ignorabatur, fato functus sit et imperfectum reliquerit. Tantae raritatis est ut unicum tantum esset in tota Lithuania Trocae exemplar, ad quod recurrebant ex aliis synagogis, teste Peringerio et Wolfio cit. pag. 93. Extat ej. exemplar in bibl. Leidensi, ac integerrimum aliud Mantuae olim apud R. Jacob Saraval vidimus et examinavimus, quod modo Regii servatur ap. Mosem Biniam. Foà.

210 *Agadà paschatis* fol. *Cracov.* anno 1531.

Widekind p. 49, et *Biblioth. libr. rar. univ. Suppl.* T. I p. 30.

211 * R. Nathan *Liber* ערוך *Aruch* seu *Lex. talmud.* 4. *Ven.* an. 5291, Ch. 1531.

Per Dan. Bomberg. Ad calc. in Carm. R. Eliae Levitae est annus 292, Ch. 1532.

212 Anonymi כלל קצר *Chelal katzer*, *Epitome succincta scientiarum* 4. *CPoli* an. XI Solimani, Ch. 1531.

Plagulis 5 ap. Gerson Soncinat. Wolfius T. II pag. 1313. Idem ut puto cum כלל קצר מכל הרשום בכתב quod in ea forma, an. et loco vidi ap. Judaeos Liburnenses.

213 *Cantic. cantic.* heb. cum *vers.* lat. Guidacerii 4. *Paris.* 1531.

Le Long p. 79 et ex eo Wolfius ac Maschius.

214 R. Mosis Kimchì ס׳ דקדוק *Liber dikdùk* seu *Gramm. heb. lat.* cura Munsteri 8. *Basil.* an. 1531.

Apud Andr. Cratandrum cum Scholiis R. Eliae Levitae et praef. R. Biniamini. Lat. versio seorsim post heb. textum edita.

215 R. Dav. Kimchì *Comm. in Amos* 8. *Basil.* 1531.

Cum sacro textu et epist. Eliae Levitae ad Munst. ap. Henr. Petrum

mense augusto. V. *Biblioth. Lorkian.* p. 33, et Lorkii *Bibelgeschichte* P. II pag. 159. Annum 292, seu 1532 assignat *Catal.* Oppenh. fol. 36 b.

216 Mosis *Carmen Exod. XV* heb. *Wittebergae* an. 1531.

Additum Aurogalli *Gram. heb. et chald.* in aedibus Josephi Clugi. *Biblioth. Lork.* pag. 33.

217 * R. Hai Gaòn מוסר השכל *Musàr ascèchel*, *Institutio intellectus*, et R. Josephi Esopaei קערת כסף *Kaharàd chesef*, *Scutella argentea*, 16. *CPoli* anno XI Solimani, et 291, Ch. 1531.

Per Gersonem Soncinatem. Prior annus XI Solimani, qui in titulo praemittitur, manifeste evincit posteriorem min. supput. בארץ״ esse 291, non supputato ב, seu 1531, non 293, seu 1533, ut male habent Bartoloccius ac Wolfius, qui et in eo errant, quod utrumque libellum seorsim et in 8. editum testentur. Sed neuter videtur vidisse hanc editionem, quae ob minimam ipsam formam nequit non esse extremae raritatis, nec nisi felicissimo casu a nobis reperta est et acquisita.

MDXXXII

218 * R. Dav. Kimchì *Liber* מכלול *Michlòl*, *Perfectionis*, seu *Gram. heb.* fol. *CPoli* an. XII Solimani, C. 1632.

Fusus praefixus titulus, in quo Gerson Soncinas, qui hunc librum edidit, progenitores suos, suaque itinera et editiones enumerat. V. Wolf. T. III pag. 193 et IV pag. 448, et *Annales* nostros *sec. XV* pag. 178. Clauditur versibus R. Abr. ben Ephraim Sanghir, vel Sanghin, nam postrema littera exhibet abbreviationis notam. Editio facta est an. Ch. 1532, cui XII Solimani annus respondet, non an. 1530, ut male habet Bartoloccius et Wolfius T. IV p. 448, nec adnexam habet posteriorem partem *Radicum*, ut uterque autumat, nisi id de Thessal. editione intelligatur ab eod. Gersone statim post nostram curata.

219 *In V Psalm. sec. heb. veritatem recens expositio* 4. *Paris.* 1532.

Cura Guidacerii per Franc. Gryphium. Psalmi editi sunt XXI, XXIV, XXIX, XLI, XLV heb. lat. Masch. T. I pag. 168.

220 * R. Eliae Misrachì ספר המספר *Sefer ammispàr*, *Liber arythmeticae* 4. *CPoli* an. XII Solimani, et 293, Ch. 1532.

Per Gersonem Soncin., qui progenitores suos et pugnam cum fratre Jo. Capistrano a Mose habitam, ut in titulo Michlol, enumerat. Utraque illa aera in titulo exprimitur, ac prior quidem XII an. Solimani ostendit posteriorem an. 293 inchoatum tantum fuisse, ac prohinde incidere in an. Ch. 1532, in quem incidit an. XII Solimani, non in 1533, ut habet Wolfius T. III pag. 102. Ad calc. dicitur » absolutus die XXVI mensis adar an. 5294 », Ch. 1534, ad quem an. idem Wolfius T. I pag. 161 et ante eum Scabtaeus editionem hanc retulerant, quam nos amicitiae debemus cl. Thomae Valpergae.

221 Munsteri קצור ס׳ מצוות גדול *Compendium libri praeceptorum magni* 8. *Basil.* an. 292, Ch. 1532.

Catal. Oppenh. fol. 40.

222 *Psalt.* heb. 16. *Basil.* 1532.

Ab Hieron. Frobenio procurata, non a Johanne, ut putant le Longius ac Wolfius, qui jam an. 1527 obierat. V. Masch. T. I p. 85.

223 *Psalt. cum brevi Comm.* 16. *Basil.* an. 292, Ch. 1532.

Comm. addidit in marg. R. Jacob Levi ex R. Isaaco. Lorkius et Maschius in *Append.* p. 17.

MDXXXIII

224 *Psalterium* heb. graec. cum dupl. lat. *vers.* fol. *Paris.* 1533.

Apud Cephallon in Append. T. VII Opp. divi Hieronymi.

225 *Machazor* Polon. fol. *Pragae* an. 293, Ch. 1533.

Catal. Oppenh. fol. 24.

226 * *Biblia* heb. 4. *Ven.* anno 293, Ch. 1533.

Per Dan. Bomb. Solus Pentateuchus recusus, et quidem IV vice, ut est in titulo, reliquae partes ex edit. anni 1528 retentae. Ita utrumque exemplar, nostrum ac Maschii. V. *Var.* nostras *Lect.* T. II pag. XII et Masch. ad calc. I vol. in *Addendis*.

227 R. Sal. Almoli שער ה׳ החדש *Porta Domini nova* 4. *CPoli* anno 293, Ch. 1533.

Anno באר״ץ per Gerson. Soncin. Ita Scabtaeus p. 79, *Seder ador.* fol. 178, Wolf. T. III pag. 1027, non an. 291, Ch. 1531, ut falso notat *Catal.* Oppenh. fol. 47.

228 * *Psalterium* heb. 8. *Lipsiae* anno 1533.

Lat. epigr. fert absolutum » Ab O. C. an. 5293 mense majo die III Lipsiae in aedib. Melchioris Lottheri per Anton. Margaritam genere Israelitam 1533 ». Habet et hebraice ex vers. ej. Margaritae bina priora capita Matthaei. Unica ed. Ps. CXXXIX 20.

MDXXXIV

229 * *Biblia* heb. cum lat. *vers.* Munsteri ac *Comm.* fol. 2. voll. *Basil.* an. 1534.

In titulo et ad calc. II vol. habetur an. 1535. Ex officina Bebeliana impensis Mich. Isingrinii et Henr. Petri. Textus germ. litteris exaratus, nec ex Bombergiana Jac. Chaimi, sed ex praecedentibus amasoreticis editionibus, ut ex collatione nostra patet, petitus.

230 R. Sal. Jarchi *Com. in Pent. et V Meghil.* 4. *Aug. Vindel.* anno 294, Ch. 1534.

Per typ. Chaiim ben David, cujus nomen siglam anni constituit, sed a Wolfio male expressam T. III pag. 1043. Dat enim tantum 284, atque ut det 294, plene, ut suspicor, legendum דויד. Exemplar ab eo collatum extabat in bibl. Oppenh., atque ipsissimum proculdubio est, quod ejusd. bibl. *Catal.* mendose refert ad annum 334 seu 1574.

231 R. Isaaci Durensis שערי דורא *Saharè durà, Portae habitationis* 4. *Cracov.* 294, Ch. 1534.

Per fratres Sam. ben Ascer et Eliakim bar Chaiim Enlitz. Wolf. T. III p. 560, et *Catal.* Oppenh. fol. 47 b.

232 R. Anscèl מרכבת המשנה *Marchèved amiscnè*, *Currus secundarius* 4. *Cracov.* 294, Ch. 1534.

Catal. Oppenh. fol. 29, et quidem tribus productis huj. edit. exemplis. Scabtaeus ac Wolfius binas solas Cracovienses memorant, an. 312 et 344, seu 1552 et 1554, ex

quarum alterutra ab ejus *Catal.* auctore aliunde parum accurato verendum esset nostram fuisse confictam, nisi plurium exemplarium fides obstaret.

233 *Joel et Malachias* heb. 8. *Paris.* Wechelus an. 1534.

234 *Liber tefilòth* seu *Precum rit. germ.* 8. *Aug. Vind.* an. 1534.

Per R. Chaiim. Schudtii *Memorabilia jud.* P. II pag. 246 et Wolf. T. II pag. 1455.

MDXXXV

235 * *Prophetae priorès*, *Josue Jud. Samuel Reges cum Comm.* R. Dav. Kimchì fol. *Thessal.* an. 295, Ch. 1535.

In domo Jehudae ex fam. Ghedaliae per Josephum fil. Isaaci Sid. Ignota ac rarissima editio uberius alibi a nobis descripta. V. *De ignotis ant. sacri text. edit.* cap. XIII p 21.

236 R. Immanuel fil. Sal. מחברות *Mechabberòth* seu *Compositiones poeticae* 4. *CPoli* an. 5295, Ch. 1535.

Dicitur in fronte secunda editio » coepta feria III die XVII mensis adar anno 5295 a mundi creatione CPoli per man. Eliezeris fil. R. Gerson Soncini fel. m. », in fine vero absoluta feria II die XXIII mensis ellul ej. anni et in eadem urbe. Bini ergo Buxtorfii errores emendandi, qui eam curatam scribit a R. Gerson jam defuncto, et anno 1540, ad min. supp. translata aera quae aperte dicitur ab O. C.. In quem errorem et Plantavitius aliique ceciderunt. Habet puncta in Brixiensi omissa et plag. 39.

237 *- *Genesis* heb. 4. *Paris.* Wechel. anno 1535.

MDXXXVI

238 * *Machazor german. rit.* fol. *Aug. Vind.* an. 296, Ch. 1536.

In fine: » Impressum et absolutum est Machazor juxta ritum germ. feria III die XI mensis jiar an. 296 min. supp. Ausburgi, vel Aug. Vind. per manum Chaiim typographi fil. Dav. Sachor fel. m. ». Bis annus indicatur, primo per בר"יח כי"חח, dein per אר"צה. Utraque sigla dat an. 296, utraque punctis ob id superius instruitur, contra ac asserat Wolfius T. II p. 1338, qui quum mendose etiam voc. ניחוח plene legeret, annum ex prioribus verbis 302, seu 1542 falsum effinxit. V. *Appar.* nostrum *heb. bibl.* p. 66. Corrigantur tamen quae de loco ibidem observavi a Maschio repetita in *Append.* p. 18. Nam membranaceum ipsum exemplar olim a me visum in manus nunc meas devenit, et aperte legit non *Hamburgi*, sed באוגשפורג *Ausburgi*. Oppenheimerianum male editus illius bibl. *Catalogus*, postremo ה de 5 millenariis interpretato, ad 291 seu 1531, refert, in quem errorem inciderunt etiam Lorkius ac Maschius in *Append.* pag. 17. Nec enim dubito, quin pro *Libro judaic. precum in-fol.* quem ut Ausburgi impressum an. 291 ii recensent, nostrum hoc Machazor intelligatur.

239 R. Mosis Maimonidis שו"ת *Quaesita et responsa* fol. *CPoli* anno 5296, Ch. 1536.

Scabtaeus p. 73 et ex eo Wolf. T. I p. 866. Antiquam edit. CPol. quae nostra haec esse videtur, sed mutilam, vidi Romae in bibl. prop. fidei.

240 * *Biblia* heb. 4. *Basil.* anno 1536.

Studio Munsteri per Hieron. Frobenium et Nic. Episcopium mense septembri. In *Appendice* selectae exhibentur variae lectiones. Plura de rarissima hac ed. Maschius T. I p. 22.

241 * *Exodus* heb. 4. *Paris.* Wechel. an. 1536.

Et simul cum *Genesi* novo praefixo titulo 4. ib. 1537.

242 *Siddur tefilòth* seu *Ordo precum rit. germ.* 4. *Pragae* 296, C. 1536.

Per Gers. fil. Salom. Wolf. T. II p. 1456 et *Catal.* Oppen. fol. 58 b.

243 R. Jechiel fil. Ruben עשר יריעות *Asar jerihòth*, *Decem cortinae* 4. *CPoli* an. 5296, Ch. 1536.

Scabtaeus pag. 60, et *Seder ador.* fol. 174 b. Male Wolfius supputato ה pro unitatibus an. 301, seu 1541, T. I pag. 576.

244 * R. Dav. Vidal כתר תורה *Cheder torà*, *Corona legis* 4. *CPoli* an. 5296, Ch. 1536.

Per Eliezer fil. R. Gerson Soncini, non apud Elies. et Gerson Soncinates, ut parum accurate notat Wolfius T. III p. 184. Male le Longius in addendis p. 1216 hunc librum tribuit R. Josepho.

245 משלי עפר *Mislè* seu *Proverbia Epher* 4. *CPoli* 296, C. 1536.

Catal. Oppenh. fol. 29 b. Idem libellus cum Vitalis Benbenaste *Melitzà*, cujus binas alias CPolitanas editiones sine anno infra describimus. Fieri etiam potest, ut harum alterutra nostra haec sit cum *Cheder torà* vel alio libro hujus anni compacta, atque ad eundem annum a Catal. auctore relata.

246 R. Mosis Kimchì *Grammatica* heb. lat. ex vers. Munsteri 8. *Basil.* Ch. 1536.

Apud Henr. Petr. Non an. 1535, ut mendose habent Scabtaeus ac le Longius.

247 R. Eliae Levitae *Liber Aarcavà*, seu *Vocabula heb. irregularia* heb. l. ex vers. Munsteri 8. *Basil.* apud Henr. Petr. 1536.

MDXXXVII

248 תורת המשיח *Toràd ammascìach*, *Evangelium secundum Matthaeum* heb. cum *vers.* lat. et *annot.* Munsteri et *al. opusc.* fol. *Basil.* anno 1537.

Ex offic. Henr. Petri. Accedunt heb. et lat. ej. Munsteri tract. varii, *Haec est fides Christianorum*, *Haec est fides Jehudaeorum*, *Censura fidei*, *imo errorum Jehud.*, *Responsiones contra vanitates et errores Jehudaeorum*. V. Masch. T. II p. 8.

249 R. Dav. Coèn ש"ות *Quaesita et responsa* 4. *CPoli* 297, C. 1537.

Ap. Eliez. ben Gers. Sonc. Wolf. T. I pag. 320 et III pag. 199, et *Catal.* Oppenh. fol. 42.

250 * R. Obadiae Sphorni אור עמים *Or hamìm*, *Lux populorum* 4. *Bonon.* 297, Ch. 1537.

Per socios anno עז"רך. Editio ab Hyde, Beughemio et Chevillerio ad an. 1471 inepte relata. V. *Annales sec. XV* pag. 154.

251 * R. Jehudae Clatz ס' מוסר *Sefer musàr*, *Liber moralis* 4. *CPoli* an. 5297, Ch. 1537.

Ita in titulo » feria III die XVI mensis chesvan an. הר"צז 5297 ab O. C. in domo minimi typ. Eliezeris

fil. R. Gerson Soncini fel. m. cura R. Mosis Clatz ». Ad calc. dicitur » Absoluta editio feria II die XVI mensis sivan an. עז"רך 297 VI millenarii ». Perperam ergo ad an. 296, seu 1536 referunt *Catal. bibl. publ. Upsal.*, et *Catal.* Oppenh. fol. 23 b.

252 * *Genesis Exodus* heb. 4. *Paris.* an. 1537.

Wechelus. Non nova editio, sed novus tantum titulus praecedenti praefixus.

253 * תפלה כפי מנהג רומי *Liber precum totius anni juxta ritum romanum*. 8. *Bononiae* 297, Ch. 1537.

» Fuitque finis ejus hic Bononiae per man. typ. minimi Raphaelis Talmi nomine sociorum et suo feria III die V mensis sivan an. *mittet* עז"רך *auxilium tuum* (297) *de sancto* ». Perrarae atque elegantissimae editionis nitidissimum apud nos extat membranaceum exemplar, in quo initialia verba auro expressa.

254 * R. Eliae Levitae *Liber dikdùk* seu *Grammaticae*, seu *Bachur*, *electus* heb. l. cura Munsteri 8. *Basil.* an. 1537.

Apud Hieron. Frobenium et Nic. Episcopium mense martio, ut legitur ad calc. lat. vers. seorsim subjunctae.

255 * *Psalterium* heb. 16. *Ven.* Bomberg. an. 297, Ch. 1537.

MDXXXVIII

256 * R. Josephi ben Jachia *Commentarius in V Meghil.*, *Psalmos*, *Prov. Job Dan. Esdram Paralip.* seu in integra *Agiographa* fol. *Bononiae* an. 298, Ch. 1538.

Per socios anno יפ"רח 298. Male Bartoloccius ad Massam et an. 288 retulit. V. Wolf. T I pag. 527, et nos infra parte III ad hunc annum.

257 R. Abr. fil. Isaaci Scalom נוה שלום *Nevè scalòm*, *Habitaculum pacis* 4. *CPoli* an 5298, Ch. 1538.

Apud Eliez. fil. Gers. Sonc. cum praef. Mosis Almosnino an. רח"ץ. Ad calc. » Fuit autem ejus finis feria VI die XIII mensis sivan anno 5299 » seu 1539.

258 * R. Eliae Levit. מסורת המסורת *Masored ammasored*, *Masora masorae* 4. *Ven.* Bomb. an. 298, C. 1538.

Annus יפ"רח 298, quo ad calc. pag. 82 dicitur finitus, non tam de compositione, quam editione intelligendus. Hoc eodem anno editum omnia suadent. Is compositus est ante טוב טעם *Librum boni gustus*, seu *accentuum*, ubi producitur, qui liber eodem anno 298 compositus et editus est. Quare aliter de nostro statuamus, et librum ante eum ab auctore absolutum serius, nec nisi integro post eum anno typis vulgatum? Repetita ipsa Munsteri editio ante augustum an. 1539 curata ostendit, ut alia omittam, Venetam an. 1538 lucem vidisse, non 1539, ut minus recte statuunt Bartoloccius, Nagelius aliique bibliographi.

259 * R. Eliae Levit. ס' טוב טעם *Sefer tov tàham*, *Liber boni gustus*, seu *accentuum*, 4. *Venet.* Bomberg. an. 298, Ch. 1538.

260 R. Jehudae Chasid ס' חסידים *Sefer chasidìm*, *Liber piorum* 4. *Bonon.* ap. Abr. fil. Mosis Coèn anno 298, Ch. 1538.

261 R. Josephi ben Jachia תורה אור *Torà òr*, *Lex lux* 4. *Bonon.* an. 298, Ch. 1538.

Anno יפ"רח, non צ"רח, ut habet *Catal. bibl. Florent.* T. II p. 255.

262 * R. Menachem Rekanati פסקי הלכות *Piskè alacòth*, *Decisiones constitutionum* 4. *Bonon.* 298, C. 1538.

Per socios eodem anno יפ"רח. Hic libri titulus, non ס' דינים, ut Bartoloccius, auctor Scalsceled, eosque secutus Wolfius vocant.

263 R. Isaaci Aboab נהר פישון *Near phison*, *Fluvius phisonis* 4. *CPoli* an. 5298, Ch. 1538.

» Excusus CPoli sub dom. sultani Solimani an. XVIII regni ejus opera Eliezeris fil. Gers. Soncini hodie feria V die II mensis scebat an. 5298 ab O. C. ». Mendosum an. 1529, quem T. I p. 626 statuerat, corrigit Wolfius T. III p. 537.

264 *Oratio dominica* polygl. in Postelli *Alphabeto XII ling.* 4. *Paris.* anno 1538.

265 *Aggaeus* heb. graece lat. cum *Comm.* Jo. Eckii 8. *Salingiaci* 1538.

Jo. Soter excudebat. *Litterarisches museum* vol. II p. 323, et Masch. T. III P. II pag. 292.

266 *Septem psalmi poen.* heb. l. 8. *Lips.* an. 1538.

Palmius *Hist. der teutschen bibelubersetzung* p. 29, et Masch. T. I p. 168.

267 * *Psalterium* heb. 16. *Basil.* anno 1538.

Apud Froben. Accedit ad calc. *Catal. quarumdam heb. dictionum quae varie in Psal. leguntur.*

268 * *Psalterium* heb. 16. *Ven.* an. 298, Ch. 1538.

In domo Dan. Bombergii per man. Cornelii Adel-kind. Ignota editio quam supplevimus in *Appendice ad Masch.* pag. 40.

269 * *Proverbia*, *Canticum*, *Eccle.*, *Job Daniel* 16. *Ven.* an. 298, Ch. 1538.

Primi tres libri a Maschio primum omissi sed ex *Append.* nostra in sua ad calc. III vol. suppleti. Pertinent etiam ad hanc nostram binae editiones horum librorum, quas in ead. *Append.* pag. 18 ex Oppenh. bibliotheca supplet Maschius, sed ad an. 295 vel 1535, et ad aliam formam in 4. mendose refert. Quamvis plerique libri titulo insigniantur, in quo dicuntur a Bombergio editi et ab Elia Levita correcti, non sunt, ut in ea *Append.* monuimus, nisi totidem *Agiographorum* partes, plagularum numeris cum praeced. *Psalterio* et inter se connexae. Hasce partes possideo, reliquas nunquam vidi, nec ab ullo memorantur, unde nec editas opinor.

270 * תפלות לטיני *Preces latinae*, seu potius *italicae* Judaeorum 8. *Bononiae* an. 299, Ch. 1538.

Ad calc. » Fuit autem finis ejus hic Bononiae mense tisrì anno בעו"רך 299 per socios ». Idest mense septembri decurrentis adhuc christiani anni 1538.

MDXXXIX

271 R. Salom. ben Adèred ש"ות *Quaesita et responsa* in-folio *Bonon.* an. 299, Ch. 1539.

Anno בע"רך. Male Wolfius anno 284, seu 1524, mendose legens בע"רה, sed pejus Bartoloccius, qui ad an. 1478 amandat T. IV p. 367.

272 * *Biblia* heb. 4. IV voll. *Parisiis* Rob. Steph. an. 1539.

Hunc annum exhibent Isaias et XII Proph. minores, annum 1540 Je-

remias, Psalmi, Prov., v Megh., Daniel, 1541 Ezechiel, Job, Esdras, 1543 Pentat., Paralip., 1544 Prophetae priores. Ex Prophetis minoribus, qui seorsim singuli cum novo titulo impressi sunt, quidam, ut Joel, Amos, Jonas, Abdias, Zacharias, Malachias, habent an. 1540. Aggaeus excusus est an. 1539, non 1540, ut notat Maschius, qui et Jonam omittit, et falso an. 1544 Pentateucho adscribit T. I pag. 24, ubi de nostra hac edit. fuse agit. In Pentateuchi volumine nomen *Genesis* tantummodo in fronte legi scribit Maschius pag. 26. Sed id falsum est. In luculentissimo et integerrimo meo exemplari praeter peculiarem illum Genesis titulum alius praecedit integri Pentateuchi חמשה חומשי תורה אשר נדפסו על ידי רוברטוס סטפנוס יצ"ו בשנת תשע ועשרים למלך האדיר אדוננו המלך פרנקישקויש יר"ה היא שנת ש"ג לפ"ק פה פאריש העיר הגדולה והאם בצרפת. » Quinque libri legis qui impressi sunt per man. Roberti Stephani quem Deus servet, anno XXIX regis augusti domini nostri regis Francisci, cujus majestas exaltetur, qui est an. 303 min. supp. hic Parisiis urbe inclyta et metropoli Galliae ». Huic hebraico titulo latinus subjicitur: » Quinque libri legis. Genesis. Exodus. Leviticus. Numeri. Deuteronomium. PARISIIS. Ex officina Roberti Stephani typogr. regii. M. D. XLIII ». Falso etiam hoc Pentat. volumen ultimum appellat Maschius. Postremum ratione temporis est vol. Prophetarum priorum, quod an. praesefert MDXLIV, non M. D. XLIII, ut mendose ille habet. In hebraicis librorum titulis judaica aera apponitur, quae non exacte semper subjectae christianae respondet. Sic Isaias qui omnium primus anno 1539 editus est, in heb. titulo excusus dicitur *mense tisrì an.* 299, idest *mense septembri an.* 1538. Idem dicendum de Psalmis impressis *mense marchesvan an.* 300, seu *mense octobri an.* nostri 1539. Judaica aera christianam interdum corrigit et illustrat. Ita ex anno jud. ש"א 301 eruitur christianum *M. D. XL2* in Ezechiele pro M. D. XLI irrepsisse. Minoribus Prophetis additus Kimchii Commentarius a Vatablo emendatus. Editio majoribus ac luculentis typis curata est ac vere splendida, sed alicubi mendis foedata, et in quibusdam exemplaribus ab Oseae v 8 ad VII 14 paginae confusae ac male dispositae. Quae tamen confusio in meo exempl. aliisque non comparet. Libri nullo ordine editi ac venum expositi. Hinc integri exempli summa raritas. Quod ad internam sacri textus conditionem attinet, falsum est quod notat Opitius eum Bombergianae 1521 presso pede insistere. In plurimis enim locis ab ea, ut a Stephanica minori ac masoreticis omnibus dissentit, pluresque egregias, ut ex edita nostra collatione constat, rariores, singulares fovet varias lectiones quae hujus editionis usum, ac praestantiam quam maxime augent.

273 R. Jacobi ben Ascer *Arbà turim*, *IV ordines*, 4. *Cracov.* anno 299, Ch. 1539.

Scabtaeus p. 26, Wolf. T. I pag. 582. *Catal.* Oppenh. 298 seu 1538.

274 R. Biniamin Zeev בנימין זאב *Beniamin lupus*, seu *Quaesita ac re-*

sponsa, 4. *Ven.* Bomberg. an. 299, Ch. 1539.

Coepta editio die XI tisrì, et absoluta die XXV adar primi an. 299, ex cujus anni confusione factus est erroneus ille 1499, quem *Catal. bibl. Bodlej.*, Orlandius ac Maittairius illi constituunt. V. *Annal.* nostros *sec. XV* p. 174.

275 *Canticum cantic.* heb. cum *Vers. Vulg.* studio Guidacerii 4. *Paris.* in collegio Italorum 1539.

276 *Ecclesiastes* heb. cum *Vers. Vulg.* studio ej. Guidacerii 4. *Paris.* anno 1539.

277 * Gerardi Veltuycki שבילי תהו *Scevilè tòhu*, *Itinera deserti*, *de Judaicis disciplinis et earum vanitate*, 4. *Ven.* 1539.

Ex offic. Dan. Bombergi. » Addita etiam nonnulla quae ex illorum libris eruta cum fide christiana consentiunt ». Utraque hebraice, sed priora illa poetice, posteriora haec prosa exarata.

278 * *Decalogus* heb. lat. cum *Alph.* heb. et gr. 8. *Paris.* 1539.

Ad calc. » Excudebat Rob. Stephanus Parisiis an. MD. XXXIX. XI cal. decemb. ».

279 Jo. Boeschenstein *Oratio domin. et Salutat. ang.* heb. 8. *Colon.* 1539.

Apud Jo. Gymnicum. Baumgarten. *Nachrichten* T. III Par. XIV p. 118, Masch. Parte II vol. I pag. 17, et Koecher. *Nova bibl. heb.* T. II p. 89.

280 * R. Eliae Levitae מסורת המסורת *Masora masorae* heb. l. ex vers. Munsteri 8. *Basil.* anno 1539.

Eruitur annus et typographus tum ex sequenti opere simul impresso, tum ex adjecta lat. versione quae in fine excusa dicuntur Basileae per Henricum Petrum mense augusto anno MDXXXIX. Munsterus addidit in hac editione puncta vocalia quae a Veneta aberant, sed omisit Saadiae carmen de singularum litterarum in Bibliis numero, quod ad illius calcem reperitur. Addidit et seorsim lat. libri summam, unica excepta fusa praefatione tertia quam integram dedit, cui et summam libri *Tov taham*, seu *Accentuum heb. brevem expositionem* subjecit, praefixo titulo utrique libro communi et dedicatoria ad Andream Masium epistola.

281 * R. Eliae Levitae ס' טוב טעם *Liber boni gustus* heb. cum lat. Comp. Munsteri 8. *Basil.* per Henr. Petrum mense augusto an. 1539.

Legitur in fronte annus 299 min. supp., retentaque est ad calcem ante latinam supra allatam heb. epigraphe edit. Venetae quae fert absolutam in domo Bombergii anno 1538 die XX mensis sivan. Plagulae numeros continuant praecedentis libri, cui noster hic adnexus cum latino ut diximus, utriusque, sed nostri hujus breviori compendio.

282 Munsteri ויכוח seu *Colloquium cum Judaeo* heb. l. 8. *Basil.* 1539.

Apud Henr. Petrum. V. Wolf. T. III pag. 857.

283 *Mosis et Israel. populi Carmen* heb. 12. *Basil.* 1539.

Ad calc. Matthaei Aurogalli *Gram. heb. chaldeaeque linguae* ab Henr. Petro editae. De eo nihil le Longius, Wolfius, Maschius.

MDXL

284 R. Jacobi ben Ascer *Arbà turìm*, *IV Ordines*, fol. *Pragae* an. 300, Ch. 1540.

Cura Abr. Avigador, qui textum annotationibus illustravit.

285 Iidem *Arbà turìm* fol. *Aug. Vind.* 300, Ch. 1540.

Ita Bartolocc. T. III p. 839, *Catal. bibl. Regiom.*, Wolf. T. III p. 447, *Catal.* Oppenh. fol. 16. Sed Scabtaeus mendose an. 306, seu 1546, cujus errorem sequitur Wolfius T. I p. 582. Prodiit cura Abr. Pragensis, quem R. Chaiim ben David in praef. celebrat.

286 Iidem *Arbà turìm* fol. *CPoli* an. 5300, Ch. 1540.

Per Eliez. Soncinum anno יר"צה, quem de majori primum aera Wolfius T. I p. 583, dein vero mutata sententia de minori 305, seu 1545 intellexit T. III p. 447. In quo Oppenh. *Catalogum* habet consentientem. Ad utrumque annum referri potest pro varia supput. ה. In titulo dicitur נדפס ששית *sexta editio*, ad calc. absoluta feria VI die XVII mensis ellul illius anni.

287 * *Machazor italicum cum Com.* R. Jochanan fil. Josephi Treves seu Tarvisini et *Pirkè avòth cum Comm.* R. Mosis Maimonidis et R. Obadiae Sphorni fol. 2. voll. *Bonon.* 300, Ch. 1540.

Hunc annum exhibet I vol. in carmine quod fol. 2. legitur. Vol. alterum habet ad calc. 301 seu 1541. Posteriori huic anno, priori illo neglecto, et ignorato, assignat Bartoloccius et Wolfius T. II pag. 1342, qui pro *Obadiae Sphorni* mendose legit *Obadiae Bartenorae*. Hinc de hoc Sphorni *Commentario* inter cetera ejus opera profunde silet Wolfius. Praestantissima editio, a Judaeis valde aestimata ac perrara, in qua multa in christianam religionem injuria retenta recte observat Bartoloccius T. IV p. 326.

288 R. Eliae Misrachì צירת הארץ *Tzuràd àaretz*, *Figurae terrae*, 4. *CPoli* an. 300, Ch. 1540.

Scabtaeus pag. 64 et Wolf. T. I pag. 162.

289 R. Ithiel Arirì ס' תחכמוני *Liber Tachchemonì*, seu *Sapientem reddens* ex collectione ac versione R. Jehudae Charizii 4. *CPoli* an. 300, Ch. 1540.

Scabtaeus p. 88 et Wolfius T. I p. 139. Apud me est CPolitana altera anni שלח"ה 5338 seu 1578, vel si de min. supp. sumis, ut Wolfius, an. 343 vel 1583. Haec habet ad calc. binas metricas orationes R. Chananià ben Jakàr, quas sub hoc auctore omittit Wolfius T. III p. 273. Ad alterutram certe referenda CPolitana sine an., quam idem Wolfius ib. p. 89 testatur se vidisse.

290 R. Jacobi Deliskas אמרי נועם *Imrè nòham*, *Verba jucunda* 4. *CPoli* an. 300, Ch. 1540.

Per Soncin. Bartol. T. III p. 859 et Wolf. T. I p. 587.

291 R. Mosis Maimonidis *Tredecim articuli fidei* heb. lat. per Paul. Fagium *Isnae* an. 1540.

Teste Neandro *Erotem. ling. heb.* pag. 536.

292 R. Dav. Kimchì *Grammatica* heb. lat. cura Guidacerii 8. *Paris.* anno 1540.

Wolf. T. I pag. 308 et *Hist. lex. heb.* pag. 42, le Long p. 1172, et Koecher. *Nova bibl. heb.* T. I p. 41.



ANNALIUM
HEBRAEO-TYPOGRAPHICORUM
AB AN. MDI AD MDXL
PARS II
EDITIONES ANNO DESTITUTAE.

1 * *Selicòth* seu *Preces* fol. sine an. et loco, sed *Fani* in. sec. XVI.

Per Gers. Sonc. Ignota editio a nobis detecta, sed nostrum exemplar sub init. binis foliis deficit. Character precum germanicus est et congruit cum edit. Barci 1497, character sectionis diei jejunii ad calc. cum libro *Tachanunim* Fanensi an. 1506, et *Prophetis* Pisaur. 1511. Ornatus est Soncinatum. Videtur ergo a Gersone facta Fani vel Pisauri primis XVI sec. annis.

2 * *Machazor ital. rit.* fol. sine an. et l., sed *Pisauri* in. sec. XVI.

Per Soncinates et II eorum editio et ipsa ignota ex Soncinensi prima an. 1486 descripta, de qua multa in *Annal. sec. XV* p. 149.

3 * *Tractatus talmudicus* בבא בתרא *Bavà batrà*, *Porta postrema cum Comm.*, *Tosephòth et Piskè tosephòth* fol. *Pisauri* sine an. in. sec. XVI.

In titulo dicitur » impressus per man. minimi typ. ac disc. ex filiis Soncini peregrinantis hic (Gerson) Pisauri urbe domini Constantii et Galeatii Sfortiae ». Hinc corrigendus *Catal. Erpenianus*, qui ex Constantii nomine Constantiae notat excusum, ac Wolfius T. II pag. 910, qui pro Constantia legendum putat CPoli. Foliis constat 231, non 60, ut mendose iterum subdit Wolfius. Congruit in omnibus cum *Jevamòth* illic edito anno 1509.

4 * *Tract.* ערובין *Eruvin*, *Mixtionum cum Com.* Rascì *et Tosephòth* fol. sine an. et l., sed *Pisauri* sec. XVI.

Non Thessalonicae vel CPoli, ut male conjicit Wolfius T. II p. 911. Iidem enim typi cum praecedenti. In fronte dicitur excusus jussu R. David Portero, et correctus a R. Israel Germano, ad calc. vero quaedam epigr. subjicitur Abrahami fil. Samuelis Aspra. Wolfius ex una eademque editione binas perperam creavit cit. l. Eadem namque est nostra haec cum CPolitana illa, quam ut a priori diversam subdit se in eadem Oppenh. bibliotheca vidisse.

5 *Tract.* עבודה זרה *Avodà zarà*, seu *de Idolatria cum Comm.* Rascì, *Tosephòth*, *Piskè tosephòth* ac Maimon. *Com. miscnae* fol. *Pisauri* in. sec. XVI.

Per Soncinates. *Catal.* Oppenh. fol. 55 b. Eadem proculdubio cum ea, quam Thessalonicae attribuit Wolfius T. II p. 909.

6 *Tract.* סוכה *Succà* seu *de Tabernaculo cum Com.* Rascì et *Tosephòth* fol. sine an. et loco, sed *Pisauri* in. sec. XVI.

Per David Portero, seu potius ejus jussu per Soncinates. Memorat Wolfius T. IV p. 325, ut a se visam in bibl. Oppenh., eademque cum ea, quam ej. bibl. *Catal.* male Thessalonicae assignat fol. 55. Praeter hos tractatus aliosque nonnullos sec. XV alios non paucos Gerson Soncinas excudit, qui perierunt. V. titulum libri *Michlol* et *Annales sec. XV* p. 137.

7 R. Jacobi ben Ascer *Arbà turìm*, *IV Ordines*, fol. *CPoli* in. sec. XVI.

Per R. Dav. et Sam. fil. Nachmias. Editio a Wolfio et *Catal.* Oppenh. ad an. 1494 male relata, et referenda ad in. sec. XVI. V. *Annales sec. XV* p. 106. Videtur eadem cum ea, quam sine anno memorat *Catal. Bodlej.* ap. Wolf. T. I p. 583.

8 * *Prophetae priores cum Comm.* R. Isaaci Abarbanelis fol. sine an. et l. sed *Pisauri* circa an. 1511 vel 1512.

Iisdem typis cum *Proph. prior. cum Com.* Kimchì an. 1511 a Gers. Soncin. editis. V. *Spec. pontif. Cod.* pag. 42 et *Append. ad bibl. Masch.* p. 32. Ad an. 1493 ac Neap. male relati. V. *Annal. sec. XV* p. 163 et 164.

9 * *Pentateuchus cum Targ.* et *Comm.* Jarchì fol. in. sec. XVI.

Videtur *Thessalonicae* prodiisse. Plura de ignota hac edit., cujus membran. possidemus exemplar, *De ignotis sacri text. edit.* p. 14 et *Annal. sec. XV* pag. 150.

10 * Anonymi *Comm. in Psal. CXIX* fol. sine an. et l., sed *Thessalon.* in. sec. XVI.

Rabbin. typis hisp. ac detritis. Ignota editio, Thessal. curata, ut CPolitanae editioni *Medras Teilìm* an. 1512 subnecteretur.

11 R. Bechai ben Ascer שלחן ארבע *Sulchàn arbàh*, *Mensa quadrata*, fol. sine an. et l., sed *CPoli* circa 1514.

Per Estrok de Tolon foliis II iisdem typis, quibus *Avudraàm* illius anni, cum quo connectitur in exemplari quod vidi Romae in biblioth. s. Pudentianae. Bartoloccius T. I p. 642 falso subdit in typogr. Soncinatum prodiisse, qui CPoli adhuc non extabant.

12 * *Pentateuchus cum Apht.* fol. ex antiq. ed. in. sec. XVI.

Pertinent ad ignotam hanc edit. novem folia *Aphtaròth* quae possidemus. Ea facta videtur CPoli vel Thessalonicae. V. *De ignotis sacri textus edit.* pag. 10 et *Annales sec. XV* pag. 149.

13 Anon. פרושים לר"שי *Commentarii in Jarchium* fol. sine an. et loco sed *CPoli* in. sec. XVI.

Typis rabb. antiquis ac 2. col. Vidi apud Judaeos. Wolfius silet.

14 * *Machazor ital. rit.* fol. sine an. et l., sed *Pisauri* in. sec. XVI.

In fronte dicitur tertio impressum per man. typographorum Soncinatum, et correctum a R. Abr. de Castel. Ex ornatu ac charactere referendum

ad Pisaurum et in. sec. XVI. De hac edit., cujus altum apud omnes silentium, conf. *De ignotis sacri text. edit.* pag. 24. Postremum fol. in exempl. nostro manu suppletum.

15 *Machazor ital.* fol. *Arimini* in. sec. XVI.

Per Gers. Soncin. » Et fuit finis ejus in urbe Arimini quae est sub dominio domini nostri papae Leonis X die I martii, quae est XIII nisan ». Decessit Leo X an. 1521. Ignota editio, cujus duplex contuli exemplar.

16 * *Pentateuchus cum V Megh. et Apht.* fol. ed. ant. in. sec. XVI.

Character germ., paginae integrae, lineae 28, raphe supra litteras, div. nomina per ד exarata. Non congruit cum Pragensi et Cracov. V. *De ignotis sacri text. edit.* p. 23.

17 *Talmud Hierosolymitanum* fol. *Ven.* sine an., sed circa 1523.

Per Bomberg. Epigraphe ostendit paullo ante *Jad chazakà* anni 1524 prodiisse. V. Wolf. T. IV p. 439.

18 * Anon. ס׳ כל בו *Liber col bò* seu *Omne in eo*, fol. *Arimini* sine an. sed circa an. 1525 vel 1526.

Ad calc. » Explicit per man. minimi typ. ex filiis Soncini, qui peregrinatur hic (Gerson) in urbe Arimini ».

19 R. Abr. Bibago *Liber* זה ינחמנו *Ze jenachemènu*, *Iste consolabitur nos*, fol. sine an. et l., sed *Thessal.* circa an. 1523.

Catal. Oppenh. fol. 12 hunc quidem an. et loc. designat, ac si esset in libro, sed Wolfius qui viderat, testatur T. III p. 23 compactum cum *Akidad Itzchak* hoc anno Thessalon. impresso, et eosdem utriusque esse typos.

20 * R. Dav. Kimchì *Liber scarascìm* seu *Radicum* fol. *Thessal.* sine an., sed circa an. 1533.

Postremo fol. dicitur Thessal. impressus per Gersonem fil. Mosis Soñcinatis. Testatur autem haec epigraphe, ut editio reliquis omnibus accuratior evaderet, ex Hispania, Gallia, Germania, Italia advectos esse libri codices et exemplaria, et ita loquitur, ut etiam partem I *Michlol* complectatur et editam supponat. Hinc post annum 1532, quo a Gersone CPoli *Michlol* vulgatus est, videtur facta nostra editio.

21 R. Jacob ben Chaviv עין יעקב *En Jahakòv*, *Oculus Jacobi*, qui dicitur etiam *En Israèl*, *Oculus Israelis*, *cum Com. Jarchì*, *Tosephòth* et *Observ.* Nachmanidis et R. Jom Tov ben Abr. fol. 2. voll. sine an. et l., sed *Thessal.* in. sec. XVI.

Vidi Romae in bibl. Coll. Romani, et videtur esse editio Thessal. quam memorat Bartoloccius. Ea exarata est charactere quadr. rudi quoad textum, rabb. quoad Comm., et sine titulo, incipiens a pag. versa. I vol. constat fol 207, II 428 absque indicibus.

22 * R. Jonae Gerundensis שערי תשובה *Saharè tescuvà*, *Portae poenitentiae*. Accedit R. Hai Gaòn מוסר השכל *Musàr ascèchel*, *Institutio intellectus*, et ej. Gerundensis ס׳ היראה *Sefer airà*, *Liber timoris*, 4. *Fani* sine an. sed circa an. 1505.

Ad calc. » In urbe Fani per man. minimi typogr. qui est ex filiis Soncini », seu per Gerson. Soncin. qui alia opera eo an. illic impressit. Huj. editionis altum apud Wolf. silentium

sub I ac III opere, sed ex Bartoloc. memorat sub II T. I p. 344.

23 * R. Isaaci Saholae משל הקדמוני *Mascal akkadmonì*, *Proverbium antiquum* 4. sine an. et loco, sed *Fani* vel *Pisauri* in. sec. XVI.

Editio a Gersone Soncin. curata, cujus nomen in ligneo stemmate in fronte conspicitur, male cum CPolitana anni 1506 a Wolfio confusa, quum Gerson ea aetate CPoli non extaret, pejusque ab Oppenh. *Catal.* ad 1480 relata. V. *Annal. sec. XV* p. 155

24 * Philonii הנהגת הדבר *Anhagàl addèver*, *Curatio pestis* 4. min. sine an. et l., sed *CPoli* circa 1510.

Eodem char. et ornatu, quo *Alicòth olam* huj. anni. Memorat Scabtaeus, sed Wolfius nihil unquam se de eo invenisse notat T. III p. 928. Ex titulo rarissimi libri qui in manibus meis est, patet Philonii esse, non Philonis, ex praef. autem *Philonium* appellari et a cel. sapienti Christiano fuisse compositum, ex quo heb. translatus.

25 * R. Isaaci de Korbeil עמודי גולה *Amudè golà*, *Columnae captivitatis* 4. min. sine an. et loco sed *CPoli* circa annum 1510.

Idem char. et ornatus qui in *Alicòth olam*. Mardochaei fil. Nathan *praef.* habet adnexam Wolfio ignotam. V. *Catal. mss.* nostrorum *cod.* ad cod. 87.

26 * R. Mos. Maimonidis ס' מצוות *Sèfer mitzvvòth*, *Liber praeceptorum* 4. min. sine a. et l. sed *CPoli* in. sec. XVI.

Incipit statim a *praef.* interpretis Mosis fil. Sam. aben Tibbòn. Princeps ac perrara editio a Bartoloccio, Wolfio aliisque non memorata.

27 * R. Jacob Tam ס' הישר *Sèfer ajascàr*, *Liber recti* 4. min. sine an. et l. sed *CPoli* in. sec. XVI.

28 * R. Mosis Kimchì מהלך שבילי הדעת *Progressus semitarum scientiae*, 4. min. *Pisauri* in. sec. XVI.

Praemittitur *praefatio* R. Bin. fil. Judae, seu R. Eliae Levitae, a qua pag. versa liber incipit, ac subjicitur ej. *Commentarius*. Ad calc. » Excusus per man. typogr. qui est ex filiis Soncini, sed גר־שם habitat hic (Gerson) in urbe Pisauri ».

29 * R. Sal. Almoli מפשר חלמין *Mefascèr chalamìn*, *Interpres somniorum*, 4. min. *Thessal.* in. sec. XVI.

Sine titulo, numeris ac signaturis typis rabb. hisp. detritis. V. *Annal. sec. XV* p. 50 et Wolf. T. III p 1027 qui tamen parum accurate asserit constare fol. 45. Meum exemplar constat foliis 52, ac sub fin. deficit.

30 * R. Bechai *Sulchàn arbàh*, *Mensa quadrata*, 4. min. sine an. et l. sed *Mantuae* an. 1513 vel 1514.

Iisdem typis quibus *Liber Tanià*.

31 * R. Mosis ben Chaviv מרפא לשון *Marpè lascòn*, *Medela linguae*, et דרכי נועם *Darchè nòham*, *Viae jucundae*, 4. min. sine an. et l. sed *CPoli* in. sec. XVI.

32 * R. Vidal Benbenaste מליצה *Melitzà*, *Oratio* 4. min. sine an. et l. sed *CPoli* circ. an. 1516 vel 1517.

Catal. Bodlej. p. 231 ad an. refert 1517 ex an. collectionis opusculorum huj. anni, seu potius 1516, cum qua videtur nostrum compactum, non quod in ea extet, ut suspicatur Wolfius T. I p. 354. Quamvis enim illius epigraphe inter opuscula ea contenta etiam hoc commemoret sub ple-

niore titulo *Melitzad èfer vedinà*, *Oratio de Epher et Dina*, nescio tamen quo casu omissum est et seorsim editum.

33 * R. Isaaci Kanpanton דרכי התלמוד *Darchè attalmud*, *Viae Talmudis*, 4. min. sine an. et loco sed *CPoli* in. sec. XVI.

34 *Opuscula varia* var. auctorum, videlicet 1.° R. Abr. Chivan אמרות טהורות *Amaròth teoròth*, *Eloquia pura*, 2.° R. Simeonis bar Tzèmach פי' הכתובה *Perùsc acheduvà*, *Comm. instrumenti dotalis*, 3.° Anon. פי' הגט *Perusc aghèt*, *Comm. repudii*, 4.° Anon. משפטי החרם *Mispetè achèrem*, *Judicia excomunicationis*, 5.° R. Dav. aben Jachia הלכות טרפות *Alacòth teraphòth*, *Constitutiones carnium illicitarum*, 6.° Arisbà seu R. Sal. ben Adered פסקי חלה *Piskè chalà*, *Decisiones de placenta*, 7.° R. Mos. Nachmanidis דינא דגרמי *Dinà degaremè*, *Judicium causarum* vel *occasionum*, 8.° Anon. לכל חפץ *Lechòl chèphetz*, *Omni voto* vel *desiderio*, 4. min. sine an. et l. sed *CPoli* in. sec. XVI.

Vidi ego apud Judaeos, et in Oppenh. bibliotheca viderat etiam Wolfius. Sed sive exemplar mutilum esset, sive ipse singula describere neglexerit, vix nonnulla eorum attigit T. III p. 209 et 1021, reliqua omnia penitus praetermisit.

35 * R. Akibà אותיות *Odiòth*, *Litterae* vel *Alphabetum*, 4. min. sine an. et l., sed *CPoli* in. sec. XVI.

36 R. Chavìv Acharòn אור עינים *Or enàim*, *Lux oculorum* 4. min. sine an. et l., sed *CPoli* in. sec. XVI. De eo Wolf. T. III p. 247.

37 Anon. מסכת פורים *Massechèth purìm*, *Tractatus sortium* cum מדרש הנביא *Medras anavì* seu *Expos. alleg. Prophetae* 4. min. *Pisauri* per Gers. Sonc. in. sec. XVI.

De priori libello qui dicitur etiam מגילת סדרים *Meghillad sedarìm* et liber בקבוק *Bakbuk*, plura Bartolocc. T. I p. 693 et Wolf. T. II p. 1269. Sed haec editio omnibus ignota, nisi sit illa sine an. et l., quam recenset Plantavitius num. 102. Posterior inscribitur מדרש הנביא הלב"א הלוי ממשפחת המדקדקים, quo nomine ego quidem non dubito quin ut ejus auctor Elias Levita indigitetur. Novum ergo et inauditum hic panditur cel. hujus grammatici opusculum, quod hucusque ab omnibus ignorabatur.

38 R. David. aben Jachia לשון למודים *Lescòn limudìm*, *Lingua eruditorum* 4. min. *Pisauri* in. sec. XVI. Sub dom. Jo. Sfortiae. Bartolocc. T. II p. 280, et ex eo Wolf. T. I p. 329.

39 * Anon. *Liber col bò*, *Omne in eo* 4. maj. sine an. et l., sed ut videtur *Thessal.* in. sec. XVI.

Incipit sine titulo pag. versa, et char. exaratus est quadrato. Editio Wolfio ignota, quae videtur Thessal. facta ineunte sec. XVI.

40 * *Isaiae cap. LII et LIII* heb. lat. in Guidacerii *Gram. heb.* 4. sine an. et l. in. sec. XVI.

Antiqua editio ad Leon. X a le Longio memorata p. 1173, quae facta videtur ipsius Leon. X aetate, nec eadem cum Parisiensi an. 1529 a Chevillerio allata, ut putat Wolfius T. IV p. 289. Binis col. hebraeolat. exhibentur quoque varia Davidis ac Mosis Kimchii testimonia.

41 * *Proverbia heb. cum Comm.* 4. in. sec. XVI.

Ignota et antiqua editio, cujus mutilum apud nos extat exemplum. De ea V. *Append. ad bibl. Masch.* p. 31.

42 R. Jedajae Penini אלף אלפין *Aleph alaphin*, editio vetusta in. sec. XVI.

Memorat Azulai *Scem aghedolim* Parte II fol. II b. Wolfius omittit.

43 Anon. מדרש ויסעו *Medràs veishù* antiquiss. edit. in. sec. XVI.

Idem Azulai ib. fol. 25 b. Videtur CPoli curata, ut altera *Medràs* וירשע, quam hic auctor illi subjungit.

44 * R. Salom. Jarchì *Comm. in Pent.* 4. *Arimini* per Gers. Soncin. sine an., sed circa 1525, vel 1526.

Habet ad calc. fusam typographi filii Mosis Soncinatis epigr. vel notam, quae monet ab eo impressum Arimini in ej. senectute. Hanc editionem sub Jarchio omittunt omnes bibliographi, sed eam proferunt nonnulli sub alio auctore, videlicet sub Mose Soncinate, cui falso attribuunt, multaque in ea referenda nec levia committunt errata. Itaque *Commentarius ille in legem*, quem Scabtaeus p. 38, *Catal. Bodlejanus*, Wolfius T. I pag. 899, auctor *Seder adoròth* fol. 170 b, Mosi Soncinati vindicant sub titulo מגדל עז *Migdàl hòz*, seu *Turris fortitudinis*, is non ejus est, sed Jarchii, et ipsissima nostra Ariminensis editio. Confusus videlicet auctor cum typographo, Moses Soncinas typographus est, non auctor, nec Moses est ejus nomen, sed *filius Mosis*, scilicet Gerson. *Migdàl hòz* quod in fronte legitur, non est libri titulus, sed sententia ex Prov. XVIII 10 huic editioni aliisque a Gersone praefixa. Titulus et locus non in fronte, sed in epigraphe quaerendi. Quod dixerat Scabtaeus eum in bibl. Oxoniensi servari, male de ms. codice interpretatur auctor *Seder adoròth*, maleque subdit Wolfius ms. habere Oppenheimerum, in cujus *Catalogo* nullus ej. tituli *Commentarius* Mosis Soncinatis comparet.

45 * R. Vidal Benbenaste מליצה *Melizà* 4. per Soncin. sine an. et l.

In titulo idem ornatus qui in Agur, idemque character. Supra praesefert *Soncini* nomen, seu Gersonis qui videtur eam edidisse Arimini vel CPoli. Vix innuit Wolfius inter anonymos T. II p. 1357, oblitus eorum quae sub Benbenaste scripserat T. I p. 354.

46 * *Pentateuchus heb.* in 8. ed. antiqua in. sec. XVI.

Ex fragm., quod possidemus et describimus *De ignotis sac. text. ed.* p. 11.

47 *Decalogus heb.* 8. *Paris.* per Wechelium sine anno.

Maittaire T. II P. II pag. 796, Wolf. T. IV p. 136 et Masch. T. I p. 74.

48 * *Obadias cum Alphab. hebr.* Agathii Guidacerii 8. *Paris.* sine an.

Per Wechelium circa an. 1533 vel 1534. Priorem an. statuit Maittairius, posteriorem Maschius.

49 * *Pentateuchus heb.* 16. antiqua ed. in. sec. XVI.

Sine punctis et char. rabb. Ignota editio, facta ut videtur, CPoli vel Thessal., de qua V. *Appar. heb. bibl.* p. 59 et *Var. Lect.* T. I p. CXLV.

OMISSI A. MDXXV

R. Eliae Lev. דקדוק *Gramm.* heb. lat. cura Munsteri 8. *Basil.* 1525.

Ej. *Lib. Aarcavà* h. l. 8. ib. 1525.

ANNALIUM
HEBRAEO-TYPOGRAPHICORUM
AB AN. MDI AD MDXL
PARS III
EDITIONES FALSAE AC SUPPOSITITIAE.

MDII

1 R. Josue aben Sohev *Conciones in legem* fol. *CPoli* 262, Ch. 1502.

Le Long p. 802 et Wolfius T. I p. 466. Sunt an. 282 seu 1522.

2 R. Josephi Chivan *Comm. in Psalmos* fol. *Thess.* 5262, C. 1502.

Rodriguez de Castro *Bibl. rabb. Esp.* p. 367. Idem error. Est an. 1522.

3 Anon. ס' הזכרונות *Sèpher zicronòth*, *Liber memorialis* 4. *Hamburgi* an. 262, Ch. 1502.

Hunc annum exhibet titulus. Sed editio ipsa quae a nemine memoratur et apud me extat, est multo recentior. Libri auctor est R. Isaac fil. Chaìm Jescurùn, ut notat Scabtaeus p. 22, non editor, ut habet Wolfius T. I p. 645. Is Hamburgi florebat sec. elapso. Typogr. ergo mendo an. רסב pro תס"ב 462, seu 1702 irrepsit.

MDIII

4 R. Dav. Kimchì *Comm. in Is. et Jerem. CPoli* an. 263, C. 1503.

Le Long p. 696 ex errore typ. pro 1513, ut habet alibi. Quae tamen editio et ipsa falsa est.

5 R. Abr. Seba *Tzeròr ammòr*, *Fasciculus myrrhae*, fol. *Ven.* anno 263, Ch. 1503.

Scabtaeus p. 65 et ex eo *Seder adoròth* fol. 175. Est anni 283 seu 1523. Heb. typi tunc Venetiis nulli.

MDIV

6 R. Bechai *Comm. Pent.* fol. *Pisauri* 264, Ch. 1504.

Catal. Oppenh. fol. 6. Est anni 267, seu 1507, seu error רס"ד pro רס"ז. V. *Annales sec. XV* p. 159.

MDVI

7 R. Dav. Kimchì *Lexic. Talmudicum* fol. *Ven.* 1506.

Nouv. Diction. hist. Caen 1789 T. V p. 93. Nullum habet Kimchius Lex. talmudicum, nec erant tum Ven. typi, quibus imprimeretur. Forte intellexerunt auctores *Lex. heb.* quod illic prodiit an. 1546.

8 *Job cum Comm.* Aramae fol. *Thessal.* 266, Ch. 1506.

Bartoloccius, le Longius, Wolfius, Maschius, quibus nuper accessit Rodriguez de Castro p. 626. Annum compositionis commentarii male ii pro anno editionis acceperunt. Dicitur enim is ad calc. absolutus ab auctore eo anno, sed editus anno 277. Vide *Append. ad bibl. Masch.* p. 35 et *Annales* hos ad an. 1516.

9 Kimchì R. Dav. *Com. in Proph. priores* fol. *Thessal.* 5266, Ch. 1506.

Le Long p. 696. Non extat, eaque confusa videtur cum Thessal. 1535.

10 R. Isaaci Abarbanelis *Zèvach pèsach*, *Sacrificium paschatis*, fol. *CPoli* an. 1506.

Wolf. T. III p. 542, Majus *Vita Abarb.* pag 15, Boissi *Dissert. pour servir à l'Hist. des Juifs* T. II pag. 295, Rodriguez de Castro p. 349 aliique. Est an. 1505.

11 Ejusd. Abarbanelis *Ròs amanà*, *Caput fidei* fol. ib. 1506.

Iidem auctores. Est ej. an. 1505.

12 R. Isaaci Abarbanelis *Nachalàd avòth*, *Haereditas patrum* fol. ib. 1506.

Wolf. T. I p. 637 et III p. 542, Majus c. l. pag. 17 aliique. Mensis chislev quo absoluta tria haec opera, cadit in nov. an. 1505. V. ad h. an.

13 *Pent. cum Targ. Megh. Apht. ac Comm.* fol. *CPoli* 1506.

Masch T. I p. 123. Est an. 1505. V. *De ignotis edit.* p. 16 et ad h. an.

14 R. Jacob ben Machir *Avkàd rochèl*, *Pulvis aromatarii* 4. *Arimini* an. 266, Ch. 1506.

Wolf. T. I p. 761. Est an. 286 seu 1526, nec eo anno Arimini, sed Fani imprimebant Soncinates. Extat tamen editio alia ante Ariminensem quae secunda dicitur.

15 Anon. *Pèdach devaràì*, *Initium verborum meorum* 8. 266, C. 1506.

Seder adoròth f. 175. Est an. 1507.

MDVII

16 Anonymi *Pèdach devaràì cum schol.* Eliae Levitae 8. *Ferrar.* anno 267, Ch. 1507.

Scabtaeus p. 63, Wolf. T. I pag. 159 et II p. 1413. Prodiit Pisauri. V. *De typ. heb. Ferr.* p. 102. Nec recte Mosi Kimchio attribuit idem Scabtaeus et auctor *Seder adoròth* fol. 56.

MDVIII

17 R. Abr. Levitae *Mescarè kitrìn* 4. *CPoli* an. 268, Ch. 1608.

Catal. Oppenh. fol. 29 b. Est an. 1505 ex typ. errore ח pro ה.

MDX

18 R. Abr. aben Ezrae *Comm. in Pent.* 4. *Ven.* 270, Ch. 1510.

Cat. Oppenh. fol. 5. Falsa editio, quae proculdubio irrepsit pro CPol. 274, quam Catal. omittit, sed in ea bibl. extat. V. Wolf. T. IV p. 764.

19 R. Abr. Levitae משרא קטרין *Mescarè kitrìn* 4. *CPoli* 270, Ch. 1510.

Catal. bibl. Laurent. p. 399. Est an. 265, seu 1505, male supp. ה voc. האחרון quod non 5 unitates, sed 5 millenaria denotat.

20 R. Sam. Albalnasi דרכי קהלת קדש *Viae synagogae sanctae* in מהררי נמרים *De montibus pardorum* 4. *Ven.* an. 270, Ch. 1510.

Ap. Dan. Zanetum. Bartolocc. ap. Wolf. T. I p. 1086. Editio et typographus multo recentior.

MDXI

21 *Prophetae omnes cum Comm.* Kimchii fol. *Pisauri* 271, C. 1511.

Le Longius, Maittairius, Wolfius, Maschius, Koecherus. Soli priores hoc anno editi. Posteriores an. 1516 lucem viderunt.

22 *Prophetae posteriores cum Com.* Abarbanelis f. *Pisauri* 271, C. 1511.

Le Long pag. 803, Wolf. T. I p. 632, et II p. 398, Masch. T. I p. 137, Boissi *Diss. sur l'Hist. des Juifs* T. II p. 269. Priores Prophetae cum posterioribus confusi, qui nonnisi an. 1520 vulgati. V. *Append. ad Masch.* pag. 33.

23 Abarbanelis *Com. in Prophetas minores* fol. *Pisauri* 5271, C. 1511.

Rodriguez de Castro p. 348. Non in minores, sed priores editus, videlicet Josue, Judices, Samuel, Reges, et quidem cum sacro textu.

24 R. Nathan *Aruch* fol. *Pisauri* an. 271, Ch. 1511.

Catal. Oppenh. fol. 35. Est anni 277 seu 1517, huncque annum non modo hoc nostrum exemplar exhibet sed et Oppenheimerianum ipsum, teste Wolfio T. III p. 850.

25 Anon. הגדות התלמוד *Agadòth atalmùd* fol. *CPoli* 271, Ch. 1511.

Grodeckius in *Spicil. anon.* et Wolfius T. II p. 1288. Sunt anni 1516.

26 R. Isaaci Abarbanelis *Nachalad avòth* fol. *CPoli* an. 271, C. 1511.

Hyde *Catal. bibl. Bodlej.* pag. 1, prave supputata in sigla הר"סו priori littera ה, quae non 5 unitates sed 5 millenaria, nec annum 271, sed 5266 denotat, nullaque facta animadversione ad judaicum mensem chislev, qui, ut ad h. l. observavimus, postulat ad fin. praeced. anni christiani editionem amandari.

27 R. Nathan *Aruch* 4. *Ven.* 1511.

Per Bomberg. Wolf. T. II p. 365, Typ. mendo pro 1531. Nam non modo eam omittit Wolfius sub hoc auctore, sed subdit primam Bombergii edit. esse an. 1518.

28 R. Jeh. Lewa et Abr. Mintz פסקי *Decisiones* 4. *Venet.* an. 271, Ch. 1511.

Catal. Oppenh. fol. 37. Hac aetate nulli in ea urbe heb. typi. Hoc ipsum Oppenh. exemplar mutilum est et titulo et anno et loco destitutum, teste Wolfio T. III p. 332.

29 *Biblia heb.* 4. *Ven.* per Bomberg. an. 271, Ch. 1511.

Buxtorfius *Bibl. rabb.* p. 20, Bartolocc. T. I p. 435, Chevillerius *De orig. typ.* p. 267, Baelius *Dict. hist.* T. I pag. 639, Basnagius *Hist. des Juifs* T. XIV pag. 879, Reimannus *Introd. ad Theol. jud.* p. 251, Knochius *Hist. crit. Nachrichten* vol. I p. 90 et alii. Falsa est. Bombergus nonnisi post 1515 heb. litteras didicit primaque ejus editio heb. est an. 1517. Errori ansam praebuerunt Ganzius et Ghedalias ben Jachia, qui ad an. 271 seu 1511 falso tradunt primam sacrorum librorum impressionem hoc anno per Bombergum factam fuisse. Conf. le Long p. 63, Wolf. T. II p. 365, Masch. T. I p. 17 et *Diss. prael. ad Ann.* nostros *sec. XV* pag. IX.

MDXII

30 Anon. *Mechiltà* fol. *CPoli* an. 272, Ch. 1512.

Scabtaeus p. 42, Grodeckius *Spicil.* p. 112, et Wolfius T. II p. 1352, qui male Buxtorfium et Plantavitium addit, non ad hunc annum, sed ad 1520 ex alio errore hanc editionem referentes, quae est anni 1515.

MDXIII

31 R. Abr. Seba *Tzeròr ammòr* fol. *Ven.* an. 1513.

Buxtorfius *Bibl. rabb.* p. 175 ed. Herborn.. Falsa et an. 1523.

32 *Isaias et Jerem. cum Comm.* Kimchi fol. *CPoli* an. 1513.

Le Long p. 75, Wolf. T. I pag. 301 et II pag. 399, Maittairius ad h. an., Kennicottus *Status collationis* pag. 105, et Masch. T. I p. 138. Dubia mihi olim ac suspecta haec editio. V. *Append. ad Masch.* p. 33. Nunc certo falsa ac supposititia et ex Ulyssiponensi an. 1492 conficta. Etenim non solum quod de ea adfirmant Wolfius ac Maschius luculentam esse et elegantissimam, id Ulyssiponensi et ei quidem unicae competit, sed et hebraica ipsa verba, quibus Ulyssiponensis aera indicatur, בשנת בא יבא ברנה, si singula computentur, adamussim eum annum dant 273 seu 1513. Haec ergo erroris origo, quod singula male supputata sint, quum postremum tantum ברנה esset supputandum, atque illud quidem de majori aera 5252, non de minori 257, intelligendum, ut perperam ab aliis factum est, ut ostendimus in *Append. ad bibl. Masch.* p. 29 et fusius in *Annalibus sec. XV* p. 94. Plura ergo errata admissa, sed illud turpius, quod Ulyssiponi CPolis sit substituta, urbs adeo diversa.

33 R. Dav. Kimchi *Liber radicum* fol. *Ven.* anno 1513.

Le Long pag. 1185 et Wolfius *Hist. lex. heb.* p. 42. Non Venetiis, sed CPoli hoc anno excusus.

34 Ejusd. R. Dav. Kimchi *Michlol* seu *Gramm. heb.* fol. *CPoli* 1513.

Bartolocc. T. II p. 32, Wolf. T. I p. 306 et III p. 192, le Long p. 1172. Solus prodiit *Liber radicum*.

35 *Psalterium polyglottum* cura Potkenii fol. *Coloniae* an. 1513.

Waltonus in *Appar. bibl.* tum in Polygl., tum ed. Lips. 1777 p. 190. Est an. 1518.

36 R. Isaaci Abarbanelis מרכבת המשנה *Marchèved amiscnè* fol. *Sabionetae* an. 1513.

Majus in *Vita Abarb.* p. 14. Falsa. Est an. 311, seu 1551. V. *Annales* nostros *heb.-typ. Sabionetae* p. 9.

MDXIV

37 R. Abr. ben Dior *Liber cabalae* 4. *Mantuae* 1514.

Ita communiter bibliographi. Sed marchesvan an. 274 cadit in octob. an. 1513. Idem dicendum de *Seder olam rabbà et zotà* cum eo conjunctis.

MDXV

38 *Biblia heb. cum Targ. et var.* rabb. *Com.* fol. per Bomberg. 1515.

Bartolocc. T. IV pag. 190, Wilchins in *Com. mss.*, le Long p. 63, Hagemannus *Nachrichten* pag. 51, Knochius *Nachr.* pag. 679. Sed hic annus est an. decreti Leon. X, non editionis, quae est an. 1517. V. *Scholia* nostra *crit.* p. XI.

39 R. Nathan *Aruch* fol. *Pisauri* an. 275, Ch. 1515.

Wolfius T. I p. 921 et le Long p. 1191. Est an. 1517, erroremque emendat Wolfius ipse T. III p. 850.

40 R. Aaron fil. Ascer *Gram. heb. de accentibus* Bomberg. *Ven.* 1515.

Maittaire T. II p. 274 ex Simleri *Bibliotheca*. Prodiit in *Bibliis rabb.* Bombergii, non seorsim, et an. 1517.

41 *Pentat. cum Targum*, *Megh. et Comm.* Jarchì an. 275, Ch. 1515.

Melchior Adami *Vitae theol. germ.* p. 280, le Long pag. 72, Wolfius T. II p. 585, Maittaire T. II Pars I p. 262, Kennicott. *Status collationis* p. 105, Masch. T. I p. 123. Locus editionis e verbis Pellicani dijudicari non potest. Maschius Soncinatibus tribuit. Ego vero non dubito quin cum alterutro Pentateucho confusus sit, vel Thessalon. 1520, ut olim conjeci in *Append. ad Masch.* p. 34, vel ut verisimilius nunc opinor, cum CPolitano 1505. Pellicanus parum accuratus, nihilque facilius, quam in exscribendo anno errasse.

42 R. Scem Tov ben Palkira אגרת הויכוח *Epistola polemica* 8. *Pragae* anno 1515.

Plantavitius *Bibl. rabb.* pag. 549 et Wolfius T. I p. 1125. Mendose pro 1525.

MDXVI

43 *Pentateuchus cum Targ. ac binis Com.* Jarchì et Nachm. fol. *Thessal.* an. 5276, Ch. 1516.

Ita ex nova nos conjectura in *Appar. bibl.* p. 60, in *Var. lect.* T. I pag. CXLV, et in *Append. ad Masch.* p. 34, ad majorem aeram traducta sigla עורה, quam recte olim *De typ. heb. Ferrar.* p. 49 et in litteris ad Masch. de minori fueram interpretatus. Solimani aetas, sub quo facta editio, postulat ut ad an. 281 referatur, non ad an. 276. Coepit enim regnare an. 1520, quo eodem anno illa prodiit.

44 *Prophetae posteriores cum Com.* Kimchì fol. *Pisauri* an. 1516.

Ad hunc annum referunt plerique ob judaicum 276 qui legitur in fronte. At vero mensis chislev cogit ad an. 1515 amandare.

45 *Prophetae poster. cum Comm.* Abarbanelis fol. *Pisauri* 1516.

Kennicottus *Dissert. gener.* ad cod. 269. Confusa est editio cum praecedenti Kimchii Commentario instructa. Nostra haec est an. 1520.

46 R. Jacobi ben Chaviv עין ישראל *En Israèl* fol. *CPoli* 276, C. 1516.

R. Isaac Chaiim Cantarini in עת קץ, Wolfius T. III pag. 456, *Catal.* Oppenh. fol. 34, male accepto ה pro unitatibus. Hoc anno jam dudum Bajazetus decesserat, quo regnante facta editio. Est an. 1511.

47 R. Sal. Jarchì לקוטי פרדס *Likutè pardès* fol. *Ven.* 276, Ch. 1516.

Catal. Oppenh. fol. 21 b. Confusa cum ed. Ven. 279, seu 1519.

48 R. Josephi Kolon *Quaesita et responsa* 4. maj. *Ven.* 276, Ch. 1516.

Seder adoròth fol. 61. Est an. 1519.

49 *Job* heb. 4. *Paris.* 1516.

Kennicottus *Status collat.* p. 106 et Brunsius *Ephem. Jen.* 1767 pag. 752. Falsa. V. *App. ad Masch.* p. 34.

50 R. Dav. fil. Salom. *Chèder torà* 4. *CPoli* an. 276, Ch. 1516.

Le Long p. 696. Est an. 1536.

51 R. Elisae Mathatiae מגן דוד *Maghèn David* 4. *CPoli* 276, C. 1516.

Bartolocc. T. I p. 183, Scabtaeus pag. 39 et Wolfius T. I p. 170 et III p. 117. Est an. 277 seu 1517. Nec recte Wolfius Eliezer appellat.

52 Anon. ערוך קצר *Arùch katzer* 4. *CPoli* an. 276, Ch. 1516.

Wolf. T. I p. 922 et III p. 850, male supput. ה voc. ארעה, quod non unitates, sed millenaria designat. Est anni 1511, non 1516, quo Bajazetus multo ante obierat.

53 R. Jonae Gerundensis *Saharè tescuvà* 4. *CPoli* 276, Ch. 1516.

Wolf. T. III pag. 373, perperam iterum de minori aera intellecto voc. ארעה, quod ex Davidis Nachmias qui eam curavit, aetate constat de majori 5271, seu 1511, intelligendum. Hoc enim anno 1511, ac multo ante 1516, is fato functus est. In eundem errorem lapsus est Wolfius referens libellum הראה *airàh* p. 201.

54 R. Simson de Kenon *Liber Cheridud* 4. *CPoli* an. 1516.

Wolfius T. I pag. 1153 et alii. Dies 23 marchesvan cadit in in. nov. an. 1515.

55 R. Chasdai *Ben ammèlech veanazìr* 4. *CPoli* 276, Ch. 1516.

Cat. Oppenh. f. 7. Est an. 1518.

56 R. Mosis Nachmanidis *Mispetè achèrem*, R. Dav. ben Jachia *Alacòth teraphòth*, et ej. Nachm. *Dinè degaremè* 4. *CPoli* 276, Ch. 1516.

Idem *Cat.* Oppenh. f. 29 V. supra inter *Opuscula varia* sine an. et l.

MDXVII

57 *Biblia* heb. fol. *Soncini* 1517.

Schultzius *Wollständiger kritik* p. 12. A Soncinatibus quidem edita, sed Pisauri, non Soncini.

58 *Biblia* heb. litteris maj. fol. *CPoli* an. 277, Ch. 1517.

Catal. Oppenh. fol. 49. Est Pisaurensis editio huj. anni CPoli male attributa.

59 *Job cum Comm.* Aramae fol. *Thessal.* anno 1517.

Per hunc annum judaicum 277 expressimus in *Appar. heb. bibl.* p. 64, in *Var. Lect.* T. I pag. CLI, et in *Append. ad Masch.* p. 35, et ex ea Maschius ipse in *Append.* sua p. 11. Eundem an. exprimit etiam *Catal. Casanatensis*. Sed mensis tisrì quo absoluta est editio, cadit in sept. 1516.

60 Anon. *Kitzùr miscnè torà* 4. *CPoli* anno 1517.

Hyde *Catal. bibl. Bodlej.* p. 423. Male pro an. 1518.

61 R. Eliezeris fil. Hyrcani *Orcòth chajìm* 4. *CPoli* an. 1517.

Wolf. T. I p. 174. Est an. 1519.

62 Anon. *Opuscula varia*, scilicet *Divrè ajamìm scel Moscè*, *Petirad Aaron*, *Petirad Moscè* etc 4. min. *CPoli* anno 1517.

Gaulminus *Praef. ad lib. De vita et morte Mosis* et Wolfius T. I pag. 134 et 931. Mensis chesvan, quo absoluta, respondet partim octobri, partim nov. nostro an. 1516.

63 R. Eliae Levitae *Liber Bachur* 8. *Romae* an. 277, Ch. 1517.

Scabtaeus p. 12, et *Seder adoròth* fol. 164 b. Legitur hic an. sub init. praefationis, unde male pro anno editionis depromptus. Ea prodiit anno 278, seu 1518. Qui Munsteri versione utuntur, notent annum illum praefationis mendose pro 5270 verti, ut male statim illustre *card. Aegidii* nomen in *domini Georgii* transmutat.

64 Idem ***Liber Bachur*** 8. ***Craco-viae*** anno 1517.

Plantavitius p. 556, Bartoloccius T. I p. 137, le Long pag. 1172, Wolfius T. I p. 155. In an. et loco erratum. Excusus est Romae 1518.

MDXVIII

65 ***Biblia*** rabb. Bombergii fol. 2 voll. *Ven.* an. 1518.

Ita christianam aeram exprimunt bibliographi plerique, praesertim le Long p. 63, Maittairius ad h. an., Wolf. T. II p. 366, Carpzov. *Crit. sacr.* p. 410, Clement T. IV p. 28, Masch. T. I p. 96 aliique. Sed dies 27 chislev an. 278 cogit referre ad 1517. Hic idem annus videtur rectius ac verisimilius statuendus Bombergianis *Bibliis* in 4. eodem anno 278 curatis. V. ***Scholia critica*** p. x et supra Partem I ad an. MDXVII.

66 Anon. *Mechiltà* fol. *CPoli* an. 5278, Ch. 1518.

Wolfius T. II pag. 1352. Est an. 5275, seu 1515, deceptusque est Wolfius ex typogr. mendo quod extat in fronte, הר"עח pro הר"עה.

67 R. Ghedal. fil. Salom. עץ שתול *Arbor plantata seu Comm. in Lib. Ikkarìm* fol. *Ven.* an. 1518.

Audifredius in *Spec. hist. crit. ital. ed. sec XV* pag. 9. Non an. 1518, sed 1618 editus ille *Commentarius* cum textu. Errorem ex Wolfio proculdubio hausit, qui judaicum annum 377 referens T. I p. 281, quo auctor floruit et librum composuit, male eum per 1517 expressit.

68 *Collectio var. opusculorum* quae incipit a *Divrè ajamìm scèl Moscè*, 4. min. *CPoli* an. 278, Ch. 1518. Wolfius T. II p. 1278, et Biscionius *Catal. bibl. Mediceae* pag. 68. Est an. 277, Ch. 1516. Error inde videtur enatus quod exemplaria adnexum haberent ad calc. librum *Ben ammelech veanazir* illius anni. Ejusmodi saltem est Mediceum.

69 Anon. *Divrè ajamìm scèl Moscè* 4. *CPoli* an 278, Ch. 1518.

Scabtaeus pag. 17, Wolfius T. II p. 1278, *Seder adoròth* fol. 166.

70 An. *Petirad Aaròn* 4. *CP.* 1518.

Wolfius T. II pag. 1393.

71 Anon. *Petirad Moscè* 4. *CPoli* an. 278, Ch. 1518.

Scabtaeus p. 60, Wolf. T. II pag. 1278, *Seder adoròth* fol. 174 b.

72 Liber *Eldad danì* 4. *CPoli* anno 278, Ch. 1518.

Scabtaeus p. 6, Wolf. T. I p. 141 et IV p. 1007, *Seder ador.* fol. 164.

73 Anon. *Liber Enochi* 4. *CPoli* an. 278, Ch. 1518.

Scabtaeus p. 25, Wolf. T. I pag. 381, *Seder ador.* fol. 167 b.

74 Anon. *Misclè scelomò* seu *Parabolae Salom.* 4. *CPoli* 278, 1518.

Scabtaeus p. 50, Wolf. T. I p. 1049, et II p. 1374, *Seder ador.* fol. 173. Singula haec opuscula pertinent ad eam *Collectionem*, et sunt an. 1516.

75 *Psalt.* heb. ad calc. *Institutionum heb.* Wolfangi Capitonis 8. 1518.

Lorkii *Catal.* pag. 9. V. *Append. ad Masch.* pag. 36.

MDXIX

76 Anon. *Medras V Meghillòth* fol. *Soncini* anno 1519.

Schoettgenius et Wolfius T. II p. 1426. Per Soncinatem typogr. editum, sed Pisauri, non Soncini.

77 R. Isaaci Abarban. *Rosc amanàh* fol. *CPoli* 279, Ch. 1519.

Cat. Oppenh. f. 41. Est an. 1505.

78 Ej. Abarbanelis *Nàchalàd avòth* fol. *CPoli* 279, Ch. 1519.

Idem *Cat.* f. 30 b. Est ej. 1505.

79 R. Mosis Nachmanidis *Toràd adàm* fol. *CPoli* 1519.

Wolfius T. I p. 880. Ad praec. a. 1518 oportet eam referre ob mensem chislev, qui cadit in finem ejus an.

80 R. Eliezeris *Pirkè* seu *Capitula* 4. *CPoli* an. 279, Ch. 1519.

Le Long pag. 711, Wolfius T. I p. 174, Grodeckius *Pseudonym.* ap. Wolf. T. IV p. 1032. Hyde *Catal. Bodlej.* pag. 226. Est an. 274 seu 1514, male supp. ה pro unitatibus.

81 R. Eliae Levitae *Liber Aarcavà* seu *Compositionis* 8. *Romae* anno 279, Ch. 1519.

Bartolocc. T. I p. 138 Wolf. T. I p. 155 et le Long p. 1172. Coepta est et finita editio 5278, Ch. 1518.

82 *Psalmi VII poenit.* heb. lat. ex vers. Reuchlini 8. *Witteb.* 1519.

Wolfius T. II pag. 408. Ex typ. mendo quod ipse emendat T. IV p. 149.

83 *Psalter.* heb. 16. *Basil.* 1519.

Le Longius pag. 76 et Masch. in *Indice*. Ex errore typ. pro an. 1516.

MDXX

84 *Prophetae posteriores cum Com.* Abarb. fol. *Soncini* 280, Ch. 1520.

Le Long p. 75, Maittaire ad h. an., Wolfius T. II p. 398, Maschius in *Indice chronol.* T. I p. 438. Per typ. Soncinatem seu Gersonem, sed Pisauri, non Soncini, peracta editio.

85 Abarban. *Comm. in Prophetas poster.* fol. *Soncini* 280, Ch. 1520.

Boissi *Diss. sur l'Hist. des Juifs* T. II p. 269. Est Pisaurensis editio a Gers. Soncin. curata cum sacro textu.

86 Anon. *Mechiltà* fol. *CPoli* an. 280, Ch. 1520.

Plantavitius p. 592, Buxtorfius p. 122, Bartoloccius T. II p. 781, ex prava supp. prioris ה in voc. הר"עה, quod ad millenaria pertinet. Est an. 5275 seu 1515.

87 *Compend. decisionum* R. Ascer fol. *CPoli* 280, Ch. 1520.

Wolfius T. III p. 140 et 450 et *Cat.* Oppenh. f. 40. Idem error voc. הר"עה, quod non minorem, sed majorem aeram designat 5275, seu 1515.

88 R. Josuae aben Sohev *Conciones in Pent.* f. *CPoli* 280, Ch. 1520.

Wolfius T. III p. 348. Est anni 5283, seu 1523. V. dicta ad h. an.

89 R. Bechai *Cad akkemach* fol. *CPoli* an. 280, Ch. 1520.

Catal. Surenhus. p. 92. Est 1515.

90 R. Jeh. fil. Biniam. *Liber Tanià* 4. *Mantuae* 280, Ch. 1520.

Wolf. T. I p. 418. Est an. 1514, etiam Oppenh. exemplar, ad quod Wolfius appellat, teste *Cat.* f. 57 b.

91 R. Sal. Almoli *Alicòth scevà* 4. *CPoli* an. 1520.

Wolf. T. III p. 1027. Est 1519.

92 R. Simeon. bar Tzemach *Zòar rakìah* 8. *CPoli* 280, Ch. 1520.

Grodeckius *Spic. anon.* Est 1515.

93 *Numer. Lib.* h. 4. *Paris.* 1520.

Wolfius T. II p. 397. Non IV liber Mosis, sed libellus rabb. *De numeris* hoc an. cum Ruth et Threnis editus.

MDXXI

94 R. Jerucham *Toledòth adàm vechavà* fol. *CPoli* 281, Ch. 1521.

Bartoloccius, Wolfius T. I p. 699 et *Catal.* Oppenh. fol. 48 b, male de minori aera accepta sigla עו״רה, quae ob Selimi aetatem de majori 5276 seu 1516 est accipienda. Decessit enim is anno 1520.

95 *Pentat. cum Targ. et Comm.* Jarchi et Nachm. fol. *Thess.* 1521.

In annum 1520 cadit prima dies chislev, non 1521, quem olim illi assignavimus *De typogr. heb. Ferrar.* p. 49, et Masch. T. I p. 121.

96 R. Joseph Albo *Liber ikkarìm* fol. *Thessal.* an. 1521.

Wolf. T. I p. 503. Referenda et haec editio ad an. 1520, quia facta eodem mense chislev, qui respondet novembri praecedentis anni christiani.

97 R. Mosis Kimchì *Maalàch scevilè adàhath*. Accedunt anon. *Pedach devarai* et aben Ezrae *Liber moznàim*, sub titulo דקדוקים *Dikdukìm* 4. *Aug. Vind.* an. 281, Ch. 1521.

Scabtaeus pag. 18, et Wolf. T. I p. 892, qui addit alium Aben Ezrae libellum צחות. Solus prodiit *Maalàch* et an. 1520. V. Wolf. T. III p. 810.

MDXXII

98 R. Dav. Kimchì *Liber radicum cum anim.* R. Eliae Lev., fol. *Ven.* 1522.

Apud Marc. Ant. Justinianum. Buxtorfius *Biblioth. rabb.* pag. 199 ed. Herborn., Bartolocc. T. II p. 346, *Catal. bibl. Leid.* p. 252, et Wolfius *Hist. lex. heb.* p. 42. Est editio an. השׁ״ז ליצירה 5307 *orbis conditi* seu 1547, quae apud me extat, ab illis bibliographis, male de unitatibus supputato ה, ad minorem aeram 312 seu 1552 perperam translata, ex qua typogr. mendo factus est an. 1522. Ita saltem cit. l. Buxtorfius, cujus errorem reliqui videntur secuti.

99 R. Nathan *Meir nadiv* fol. *Ven.* an. 282, Ch. 1522.

Scabtaeus pag. 37. Est an. 284, Ch. 1523.

100 R. Abr. Bibago Liber *Ze jenachemènu* fol. *Thess.* 282, C. 1522.

Cat. Oppenh. f. 12. Est sine an. et l.

101 Ej. Abr. Bibago *Dèrech emunà* fol. *Thessal.* anno 1522.

Catal. bibl. olim *reg. Paris.* T. I p. 85. Prodiit CPoli et est an. 1521.

102 Idem Liber *Dèrech emunà* fol. *CPoli* an. 1522.

Ita Bartolocc. ac Wolfius T. I p. 35. Facta est mense chesvan an. 282, et est anni nostri 1521.

103 R. Aaron de domo Levi *Liber Chinùch* fol. *Ven.* 282, Ch. 1522.

Cat. Oppenh. f. 15. Est an. 1523.

104 R. Salom. Panzi *Masored talmud* fol. *CPoli* 282, Ch. 1522.

Catal. Oppenh. fol. 26 b. Est an. זרו״ע 283, seu 1523.

105 Anon. *Medras Samuel* fol. *CPoli* 282, Ch. 1522.

Catal. Oppenh. fol. 23. Facta est sub sultano Selimo. Patet ergo voc. עז״רה de majori supput. 5277 seu 1517 explicari debere, non de minori 282, quo regnabat Solimanus.

106 Anon. *Medràs Sochèr tòv* fol. *CPoli* an. 282, Ch. 1522.

Grodeckius *Spicil. pseud.* in Millii *Catal.* p. 108. Est anni 1512.

107 R. Jerucham *Toledòth adàm vechavà* fol. *CPoli* 282, Ch. 1522.

Wolfius T. III pag. 621, duplici errore, primo quod vocabulum עו״רה quo annus innuitur, male legerit עז״רה, deinde vero quod illud de mi-

nori supput. exposuerit. Fert Selimi aetas ut ה de v millenariis accipiatur et sigla de an. 5276 seu 1516, non de 282, quo ipse jam biennio ante decesserat.

108 R. Eliae Levitae ס׳ טוב טעם *Liber boni gustus* 4. *Ven.* 282, C. 1522.

Le Long p. 1182. Est an. 1538.

MDXXIII

109 *Pent.* sine punct. cum *Targ.* et *Com.* Jarchì fol. *Ven.* 283, Ch. 1523.

Le Long p. 72, cujus unicae fidei innititur. Nam qui eam referunt reliqui bibliographi, Wolfius, Maittairius, Maschius nonnisi ex le Longii fide id faciunt. Videtur editio 1524, cujus Aphtaroth in meo exemplari mutilae forte an. 283 exhibent.

110 *Psalmi VII poenit.* heb. lat. 8. *Tubingae* an. 1522.

Klemmius ap. Wolf. T. IV p. 149. Sunt anni 1512.

111 *Psalter.* heb. 24. *Ven.* 1522.

Le Long p. 76 et Masch. T. I p. 91. Est an. 1521. V. Wolf. T. IV p. 143.

MDXXIV

112 *Meir nadiv* seu *Concord. heb.* fol. *Ven.* an. 1524.

Wolf. T. I p. 681. Dies XXVI tisrì an. 284 respondet in. octob. 1523.

113 R. Sal. ben Adereth *Toledòth adàm* fol. *Bon.* 284, Ch. 1524.

Wolfius T. III p. 1020 et ex eo Rodriguez de Castro T. I pag. 268. Mendose legit ille בעז״רה pro בעז״רך 299 seu 1539.

114 *V Meghillòth cum Targ. et Com. Jarchì* fol. *Ven.* 284, Ch. 1524.

Masch. T. I p. 128. Non seorsim editae, sed cum *Pent.* hujus anni.

115 *Opuscula varia* heb. quae incipiunt a *Lib. ben Sirà*, 4. min. *CPoli* an. 284, Ch. 1524.

Biscion *Catal. bibl. Laur.* p. 66. Error hinc natus, quod in voc. עטרה epigraphis libri *Orcòth chaìm* qui collectionem claudit, male ה in minorem computum assumptum sit, quo fit an. ille mendosus 284 pro 5279. Selimi aetas anno 1520 defuncti necessario postulat ut ad hunc an. referatur.

116 *Liber Zorobabelis* 4. minori *CPoli* an. 284, Ch. 1524.

Wolfius T. I p. 360. Pertinet ad praeced. *Opuscula*, et est an. 1519 ex eodem errore ה male supputati.

117 Anon. *Medras* ויושע *vajòscah* 4. *CPoli* 284, Ch. 1524.

Wolfius T. II pag 1329. Pertinet et ipse ad eandem collectionem an. 1519, cui ה seu quinque unitates pro 5 millenariis perperam superadditae.

118 R. Eliez filii Hyrcani *Orcòth chaìm* 4. min. *CPoli* 284, C. 1524.

Biscionius *Catal. bibl. Laur.* p. 66. Claudit collectionem anni 1519.

119 Munsteri חכמת המזלות *Kalend. heb.* 4. *Basil.* 284, Ch. 1524.

Cat. Oppenh. f. 14 b. Est 1527.

120 *Prov. Psal. Cant. Eccle.* 4. *Ven.* an. 284, Ch. 1524.

Masch. in *App.* p. 14 ex *Cat.* Opp. qui formam omittit. Est ed. in 16. huj. a.

121 R. Eliae Lev. *Pirkè* seu *Capitula* heb. l. 8. *Basil.* 284, C. 1524.

Catal. Oppenh. f. 34 b. Mendose ד pro ז, seu pro רפ״ז 287 vel 1527.

122 *V Meghillòth* 16. *Ven.* 1524.

Biblioth. Pinelliana T. I num. 23. Binas tantum Cant. et Eccle. in ep. ad Reuchl. Bombergus memorat. De reliquis ipse, ac bibliographi omnes silent.

MDXXV

123 Anon. *Medras V Meghillòth* fol. in *Italia* an. 285, Ch. 1525.

Le Long p. 1090. Est Pisaurensis editio an. 1519, quae dicitur ad calcem facta in urbe Italiae per Soncinatem שנת חמשת אלפים ור״עט *anno quinque millesimo et* 279. Le Longii error inde petendus, quod in postrema minori aera copulam ו in computum assumpserit et 285 effecerit.

124 R. Dav. Kimchì *Michlòl* fol. *CPoli* an. 285, Ch. 1525.

Catal. bibl. publ. Upsal. ap. Wolf. T. III p. 194. Est an. 1532.

125 R. Dav. aben Jachia *Lescòn limudìm* 4. *CPoli* an. 1525.

Le Long p. 1172. Alterutram confudit ex 2 CPolitanis, 1506, 1542.

126 R. Jacob Lando *Liber agùr* 4. *Bononiae* anno 1525.

Bartoloccius T. I pag. 434, non loco tantum sed et anno confuso. Is Arimini impressus est an. III Clem. VII qui anno 1526 respondet.

127 *Beth midòth* 4. *CPoli* 1525.

Grodeckius *Spicil. anon.* in Millii *Catal.* p. 183, et Wolfius T. II p. 1268. Ex CPolitana 1511 natam opinor, quam ii omittunt.

128 R. Machir *Avkàd rochèl* 4. *Soncini* an. 1526.

Cat. bibl. Ups. ap. Wolf. T. III p. 683. Per Soncin. facta sed Arimini.

129 R. Abr. Peritzòl *Ighèred orcòth olàm* 8. *Ferrar.* 285, C. 1525.

Buxtorfius *Bibl. rabb.* p. 26, Plantavitius p. 549, Bartoloccius, Scabraeus pag. 2, Wagenseilius, *Catal. bibl. Barber.* p. 4, *Seder adoròth* fol. 64 et alii. Confusus annus compositionis cum anno editionis quae prodiit Venetiis an. 347 seu 1587. Plura *De typ. heb. Ferrar.* p. 103.

130 Idem *Liber* 8. *Veronae* 1525.

Grodeckius *Spicil. anon.* p. 6. Graviore errore Ferrariae substituta Verona, ubi nec compositus, nec editus.

131 *Proverbia* heb. l. cura Munsteri 8. *Basil.* an. 1525.

Hirschius et *Millen. III* p. 31 et Masch. T. I p. 169. Est an 1524, non 1525, qui nullibi in ed. comparet. V. *Append. ad Masch.* p. 38.

132 *Psalterium* heb. cum Matthaei Aurigalli *Gramm. heb.* 8. *Witteberg.* an. 285, Ch. 1525.

Catal. Oppenh. fol. 53 et Masch. *Append.* pag. 15. Annus hic est annus *Grammaticae*, non Psalterii. Testatur enim *Catal.* Grammaticam esse in fine Psalterii, non Psalterium in fine Gram., ut intellexit Maschius.

MDXXVI

133 *Biblia* rabbinica Bombergii fol. IV voll. *Ven.* an. 1526.

Ita plerique bibliographi. Sed annus uterque judaicus 285, 286 cadit in christianum 1525.

134 R. Bechai *Comm. in Pentat.* fol. *Ven.* per Bomb. 286, C. 1526.

Buxtorfius *Biblioth. rabb.* p. 47. Est Ariminensis Soncinat. huj. anni.

135 R. Is. Abarbanelis *Mascmìah jescuà* fol. *Neap.* 286, Ch. 1526.

Scabraeus p. 50 et Wolf. T. I p. 635. Est Thessalonicensis huj. anni.

136 Idem *Liber* fol. *CPoli* 1526.

Majus in *Vita Abarb.* p. 16. Curata est a Jehuda de domo vel familia Ghedalite qui Thessalonicae degebat et imprimebat, non CPoli.

137 R. Eliae Levitae *Pirkè Eliav* 4. *Soncini* an. 286, Ch. 1526.

Catal. Oppenh. fol. 37 b. Duplex error. Prodiit Pisauri 280, seu 1520.

138 R. Jacob Lando *Liber agùr* 4. *CPoli* an. 286, Ch. 1526.

Wolfius T. I pag. 595 et III pag. 466. Facta est a Gersone Soncin., qui hoc anno imprimebat Arimini.

139 Idem *Liber agùr* 4. *Sonc.* 1526.

Plantavitius, qui typographi patriam cum edition. loco oscitanter confudit.

140 Pauli *Epistola ad Hebraeos* heb. lat. ex *vers.* Alphonsi de Zamora 8. *Compluti* an. 1526.

Le Long p. 83, Wolf. T. II pag. 418, Calmet *Biblioth. sacr.* pag. 6. Non est divi Pauli, sed ipsius Zamorae adv. Judaeos eorumque perfidiam.

MDXXVII

141 R. Nathan *Concordantiae heb.* fol. *Ven.* an. 287, Ch. 1527.

Catal. Oppenh. fol. 39 b. Eandem opinor cum Venet. 284 seu 1524 ex errore ז pro ד.

142 R. Abr. aben Ezrae *Comm. in Pent.* fol. *Neapoli* 287, C. 1527.

Le Long pag. 592, Wolfius T. I pag. 74, Clement T. I p. 13. Est Neapolit. editio an. 248 seu 1488. Ex hoc natus error, quod utrumque vocabulum אז״מר אלה numeratum est, et ה pro ח lectum, quo fit summa annorum 287. V. *Ann. sec. XV* p. 59.

143 R. Eliae Levit. *Tisbì* 4. *Basileae* an. 287, Ch. 1527.

Scabtaeus pag. 92, Wolf. T. I p. 159, le Long p. 1186, *Seder adoròth* fol. 180. Est anni 1557. Auctor ipse testatur ad calcem p. 270 huj. editionis, quae apud me extat, librum hunc composuisse an. 301 seu 1541, quo primo prodiit Isnae.

MDXXVIII

144 *Biblia rabbinica* fol. IV voll. *Ven.* an. 288, Ch. 1528.

Buxtorfius *Bibl. rabb.* p. 17 ed. Herborn., Waltonus *Proleg. Polygl.* T. I p. 32, Scabtaeus p. 85, aliique, qui perperam coepta an. 1523 et hoc anno finita tradunt. Neutrius anni ullum vel minimum vestigium. Ea coepta sunt an. 1524 et absoluta 1525.

145 R. Tanchumà *Jelamedènu* fol. *CPoli* an. 288, Ch. 1528.

Buxtorfius pag. 210 Grodeckius *Spic. anon.* n. 489, et Wolfius T. I p. 1159, et III p. 1166. Ita titulus פרח, sed mendose pro פרה 5280, seu 1520, quo anno coepta est sub sultano Selimo, et absoluta an. 1521.

146 R. Josephi aben Jachia *Com. in Agiographa* fol. *Massae in Tuscia* an. 288, Ch. 1528.

Bartoloc. T. III p. 802. Confusus compositionis an. et l. cum an. et l. ed. Prodiit Bon. an. 298, seu 1538.

147 *Biblia heb. cum Pent. recuso* 4. *Ven.* 288, Ch. 1528.

Le Long pag. 64. Soli Prophetae et Agiographa hoc anno edita. V. dicta ad an. 1525.

148 R. Eliae Levitae *Liber masòreth* 4. an. 288, Ch. 1528.

Cat. Oppen. f. 26 b. Est an. 1538.

149 R. Mosis Maimonidis *Logica* heb. 8. *Basil.* an. 1528.

Wolf. T. I p. 900. Est an. 1527.

MDXXIX

150 R. Isaaci Alphesì opus *Alphesì* fol. *CPoli* an. 289, Ch. 1529.

Catal. Oppenh. fol. 3 b. Est anni 269 seu 1509. V. ad h. an. et *Annal. sec. XV* p. 170.

151 R. Dav. Kimchì *Michlol* seu *Gramm. heb* fol. *Ven.* 1529.

Wolf. *Hist. lex. heb.* p. 42, et le Long p. 1172. Solae *Radices* editae.

152 R. Isaaci Aboab *Near phisòn* 4. *CPoli* an. 289, Ch. 1529.

Wolfius T. I p. 626. Est an. 298 transpositis numeris, seu 1538.

153 R. Menachem Rekanati *Liber dinìm* seu *Judiciorum* 4. *Bonon.* an. 289, Ch. 1529.

Homelius *Biblioth. juris rabb.* p. 16. Idem error pro 298, seu 1538.

154 R. Gerson senioris *Tekanòth* vel *Constitutiones* 4. *Ven.* an. 1529.

Id. Homelius p. 7. Est an. 1519.

155 *Decalogus cum Comm.* aben Ezrae heb. lat. ex *vers.* Munsteri 8. *Basil.* an. 1529.

Bartol. T. I p. 38. Typ. mendum pro 1559, quo anno recusus est.

MDXXX

156 R. Dav. Kimchì *Michlol* fol. *CPoli* an. XII Solimani, Ch. 1530.

Bartoloc. et Wolfius *Hist. lex. heb.* p. 42, et *Bibl. heb.* T. I pag. 306 et IV p. 448. Sed annus ille Solimani respondet an. 1532.

157 R. Dav. Kimchì *Com. in Joel et Malachiam* 8. *Vormatiae* 1530.

Bartoloccius T. II p. 31, qui subdens ex Henrici Petri officina prodiisse, sat ostendit vel eam cum Basileensi huj. anni fuisse confusam, vel novum tantum ejus titulum fuisse recusum. Habet praeterea textum Joelis ac Malachiae a Bartoloc., Gesnero, Maittairio ac Wolfio omissum.

MDXXXI

158 *Machazor germ. ritus* in-fol. *Aug. Vind.* an. 291, Ch. 1531.

Catal. Oppenh. fol. 24, Lorkius ac Maschius in *App.* p. 17. Est ed. an. 296, seu 1536, ה voc. ארצה de V millenariis male interpretato.

159 R. Isaaci Abarbanelis *Mascmìah jescua* seu *Praeco salutis* fol. *Monopoli* an. 1531.

Catal. bibl. olim reg. Paris. T. I p. 85. Confusus compositionis locus cum loco editionis qui non Monopolis est, sed Thessalonica, ubi editus est anno 1526, non 1531. Idem *Catal.* recenset etiam ut ibid. editum eod. anno ej. auctoris *Com. in Dan.*, qui non extat.

160 R. Sal. Almoli *Sahar Adonai* 4. *CPoli* an. 291, Ch. 1531.

Cat. Oppen. f. 47. Est an. 1533.

161 R. Dav. Kimchì *Michlol* 8. *Basil.* an. 1531.

Wolfius *Hist. Lex. heb.* pag. 42, et Hauptmannus *Heb. sermonis Elementa* p. 99. Confusus hic liber cum Mosis Kimchii *Gramm.* huj. anni.

MDXXXII

162 Aben Ezrae *Comm. in Pent.* fol. *CPoli* anno 1532.

Clement *Biblioth. cur. des liv. rar.* T. I pag. 13, Widekind *Nachrichten* Pars I pag. 7, *Biblioth. lib. rar. univ. Suppl.* T. I p. 5, *Catal. lib. Gosse* p. 2, Koecher. *Nova bibl. heb.* T. I p. 14. Non extat et ex CPolitana edit. an. 1514 videtur conficta.

163 *Psal. Prov. Eccle. Cant. cum interlin. versione lat.* 8. *Paris.* Cramoisi 292, Ch. 1532.

Catal. Oppen. f. 54. Est an. 392 seu 1632. V. Maschium T. I p. 164.

MDXXXIII

164 R. Isai. fil. Eliezer. Chaiìm *Dèrech jascar* 8. *Ven.* an. 1533.

Wolfius T. I p. 708 et III p. 629. Est an. 393 seu 1633, ut ex Oppenh. *Catal.* constat fol. 10, ubi recensetur, et ex Vendramini aetate.

165 R. Hai Gaon *Musar ascèchel* et R. Josephi Esopaei *Kaharad chèsef* 8. *CPoli* an. 293, Ch. 1533.

Hunc annum priori libello assignant Bartoloccius ac Wolfius T. I p. 344, posteriori idem Wolfius T. I p. 502, Scabtaeus p. 67 et *Seder adoròth* fol. 176. In an. 291 seu 1531 cadit annus XI Solimani, ex quo explicanda est judaica min. supput. aera, nec seorsim et in 8., sed simul et in 16. editi. Vide dicta ad eum an.

166 Anon. *Luach* seu *Tabula En Israel* 8. *Ven.* an. 1533.

Wolfius T. II p. 1318. Mendum typ. pro 1633, ut patet ex praemisso vero an. jud. 393 seu 1633.

MDXXXV

167 *Jobus et Daniel* heb. 4. *Ven.* an. 295, Ch. 1535.

Maschius in *App.* p. 18 ex Bibl. Oppenh. Est in 16. et 298, seu 1538. Hunc annum רצח, non רצה, aperte habet illius bibl. *Catal.* fol. 50 b, ubi illam recenset.

168 *Prov. Cant. Eccle.* heb. 4. *Ven.* an. 295, Ch. 1535.

Idem Maschius cit. l. *App.* et ex eod. Oppenh. *Catal.*, qui neutrum exprimit nec annum nec formam, sed est ej. an. 298 et in 16.

169 R. Mosis Kimchì *Maalàch scevilè adahath* 8. *Basil.* an. 1535.

Scabtaeus p. 39 et le Longius p. 1177. Est an. 1536 et adnexam habet latinam Munsteri versionem.

MDXXXVI

170 R. Jeh. Clatz *Liber musar* 4. *CPoli* an. 5296, Ch. 1536.

Catal. bibl. publ. Upsal. ap. Wolf. T. III p. 321 et *Catal.* Oppenh. fol. 23 b. Male legerunt הר״צו pro הר״צז 5297 seu 1537, qui extat in titulo, et luculentius ad calc. per voc. עזרך confirmatur.

171 R. Eliez. fil. Menachem Manes פתח עינים *Pedach enaim* 4. *Cracoviae* an. 296, Ch. 1536.

Seder adoròth fol. 175 b. Scabtaeus et Wolfius unicam tantum separatam Cracov. editionem proferunt an. 407 seu 1647.

MDXXXVII

172 *Pirkè R. Eliezer* 4. *CPoli* an. 297, Ch. 1537.

Grodeckius *Spicil. anon. rabb.* in Millii *Catalectis* p. 147. Ex transpositione numeror. pro 279 seu 1519. Quae tamen editio et ipsa falsa est.

173 R. Dav. fil. Jac. Scoberscinensis *Com. in Targ.* 4. *Pragae* 1537.

Wolfius T. I p. 311. Unica extat Prag. editio an. 1609. De nostra hac silent reliqui omnes bibliographi.

174 R. Joseph Karo *Sulchàn arùch*, *Mensa instructa* 8. 2 voll. *Ven.* 1537.

Cat. bibl. Lugd. Batav. pag. 322 et Marchand *Hist. de l'impr.* Pars II p. 65. Hoc anno needum opus ipsum *Beth Josef*, cujus nostrum est compendium, fuerat absolutum. Ab-

solutum namque est Saphetae anno הב״קר 5302 seu 1542. V. *Korè adoròth* fol. 35. Mendosus ille annus 1537 videtur irrepsisse pro 1567, quo reapse Ven. prodiit.

MDXXXVIII

175 R. Eliae Lev. *Liber Masored ammasoreth* 8. *Basil.* 298, Ch. 1538.

Semlerus *Praef. ad Vers. germ.* huj. libri p. 18. Est anni 1539.

176 *Jobus et Daniel* 16. *Basil.* an. 298, Ch. 1538.

Le Long pag. 79, eumque secuti Wolfius T. IV p. 154 et Masch. T. I p. 93. Est certe Veneta editio hujus anni. Unius le Longii fidei Basileensis nititur, nec ullibi extat.

MDXXXIX

177 R. Eliae Lev. *Masoreth ammasoreth* 4. *Ven.* Bomb. an. 1539.

Bartolocc. T. I p. 140 et Nagel *Diss. II de Elia Lev.* pag. 10. Est an. 1538. V. dicta ad h. an.

178 Ejusd. Eliae Lev. *Liber tov taham* 4. *Ven.* 299, Ch. 1539.

Cat. Oppenh. f. 15. Est a. 1538.

MDXL

179 R. Immanuelis *Mechabberòth* seu *Compositiones poeticae* 4. *CPoli* an. 300, Ch. 1540.

Buxtorfius p. 119, male ad min. supput. translata aera הר״עה quae aperte dicitur orbis conditi, ut male tribuit Gersoni Soncinati jam defuncto. Confer. dicta ad an. 1535 ad quem pertinet editio.

180 R. Machir *Avkàd rochèl* 4. *Aug. Vind.* an. 300, Ch. 1540.

Est an. 306 seu 1546, non 300, vel 316 seu 1556, ut ex alio errore habet Oppenh. *Catal.* fol. 1 b.

SINE ANNO

181 *Tractat. bavà batrà* cum *Com.* fol. *Constantiae* in. sec. XVI.

Catal. Erpen. qui ex ducis Constantii Sfortiae nomine quod in fronte legitur, Constantiam urbem confinxit. Pisauri facta est per Gerson. Soncin.

182 Idem *Bavà batrà* fol. *CPoli* in. sec. XVI.

Wolfius T. II pag. 910, qui pro Constantia legendum putat CPoli ac mendosam Catalogi illius lectionem novo errore emendat. » Ibi enim, subdit, Soncinatum aliquis, qui se vocat גר שם פוזרו *qui commoratur Pisauri*, eum codicem sine anno notato edidit ». Ac si qui commoratur Pisauri, et quidem שם *hic Pisauri*, eum codicem edere posset CPoli.

183 *Tractatus Succà* cum *Comm.* fol. *Thessal.* in. sec. XVI.

Catal. Oppenh. fol. 55. Eam Soncinates Pisauri curarunt.

184 *Tractatus Eruvìn* cum *Com.* fol. *CPoli* in. sec. XVI.

Wolfius T. II pag. 911. Concinit omnino cum Pisaurensibus editionibus.

185 *Tractatus Avodà zarà* cum *Comm.* fol. *Thessal.* in. sec. XVI.

Wolfius T. II pag. 909 ex conjectura et ex mutilo Edzardi exemplari, in quo titulus et locus desiderabatur. Integrum habet bibliotheca Oppenh., ex quo certiora edocemur, illud ע״י בני צונצין seu *Soncinatum opera* prodiisse, et ד׳ פיזרו ישן esse *ex antiqua editione Pisauri*.

